

**Opinio**  
verior.  
**Chrysostomus.**  
carnem adventu et charitate, non ad omnium vincitum ingressum incitet, et ut « insinuat, id S. Hieronymus, quod superlimum sit odii pertinaciam adversus eum velle contendere, quem venisse jam con-fat. » Unde Graci legunt *ad h.*, id est *venit*, in præterito, q. d., sicut Chrysostomus: Ratio cur anathema denuntiem eis, qui non amant Jesum, est quod ipse jam venit, videlicet in humilitate ad salvandum, ut nulla possit esse eum non diligenteribus excusatio. Christi enim adventus et passio a deo amorem conciliat, ut venia dignus non sit, qui eum non amat.

Verum hinc ratio frigidior videtur. Ergo nota, **Maran atha** esse Syro-hebreum, Hebreis usitatum, sicut Grecis anathema, et sicut Hebrews usitatum erat, *Amen. Osanna. Alleluia.* que proinde apud Latinos mancuerunt. Vide S. Hieronymum, epist. 137 ad *Mareliam*, et S. Augustinum, epist. 178. Subiicit itaque Paulus post *anathema. Maran atha*, quia Hebrei quempiam condamnantes solerant id facere sub communione et contestatione presentis divini iudicii, ut patet *Ian. xiii. 33 et 39; Psal. ix. 20, q. d. Maran atha*, id est Dominus venit, scilicet vindex ad iudicium : aut potius *Maran atha*, id est veniat Dominus iudex, ut eum qui Christum non amat, anathemate feriat, dampnet et puniat.

**Bat. hic**  
**epiphany**  
**Maran**  
Ubi adverte : Per euphemismum, boni omnis causa, solent Hebrewi punitionem hanc taceret et subaudire. Sic dicuntur ex parte exercitatione : « Hec faciat militi Deus, et haec addat, » non adentes, nec experientes, quam penam, ignem, aut in mortem sibi addi velint, sibique imprecantur, si juramentum violarint, idque ex summa jura menti religione et reverentia, alique ex sacro quodam horrore timentes verentesque ne exercitio haec vel nominata quoquo modo eos afflet et invadat : sicut apud nos qui excandescunt, dum exercitantur, vel gravem penam aut cladem aliqui sibi annoe imprecantur, solent mox addere: Deus hoc avertat, Deus prohibeat, Deus custodiat nos. Pari modo et hic cum dicitur, *Maran atha*, hoc est, dominus noster venit, sive venit, supple et subaudi, ad iudicium, ut scilicet extremam et eternam cladem et calamitatem infidelibus Christique hostibus afferat et infligat. Ecce enim *maran*

*atha*, sicut et *anathema*, vox execrantiæ et condemnantis ; unde Anselmus : Si quis, inquit, non diligit Dominum Iesum, sicut ei non est uillis adventus ejus, qui jam completus est; sic ad damnationem sit ei secundus, qui adhuc futurus est. » Ille pertinet et illa Titelmanai expositione : « sit anathema, » id est execratus, *maran atha*, id est in adventu Domini, vel cum *dominus venit* ad iudicium, Unde et S. Clemens ita videtur interpretari *Maran atha*, cum huc alludens ita sit, in fine epist. 2 : « Ita, frater Jacobus, de ore S. Petri iubente audivi : si quis precepta hinc integra non custoderit, sit anathema, usque ad adventum Domini nostri Iesu Christi. » Quibus ultimis verbis quid aliud explicat, quam Petri et Pauli *Maran atha*?

Alludit Paulus ad illud *Malachias* cyp. ultim. vers. 6 : « No forte veniam, et percutiam terram anathemate; » et primitus ad prophetam Henoch, quam citat Judas, vers. 14 et 15 : « Ecce, inquit, venit Dominus in sanctis milibus suis, labore iudicium contra omnes, et angue omnes impios. » Simile anathema est apud Rabbinos *מְנֻנָּה הַשְׁכֵן אֶתְהָ*, et contracte *מְנֻנָּה שְׁכָנָה*, id est Dominus venit: licet enim *מְנֻנָּה*, id est venit, sit præteritum, tamen hic accipitur pro optativo *venit*; Hebrewi enim sepe commentant tempora, ut præteritum pro presenti, vel futuro, aut optativo capiant.

Ex hoc *Maran atha* Hispani Christiano-Judeos et Mauros, cum a christianismo apostolarunt, et resilierunt ad sumum judaismum vel mahometismum, vocant *Mauranos*, quasi anathemata. Ita et diplomaticus antiquorum regum docet Joanna Mariana, lib. VII *Historia Hispanie*, et Baronius, tom. IX, in fine anni Christi 775. *Mauranus* ergo id est quod *מְנֻנָּה*, et excommunicatus ob apostoliam, qui scilicet a christianismo recedit in judaismum, vel mahometismum. Errat ergo vulgus, quod dies putat, *Mauranus* quasi *Mauranus*, quod vulgus Hispanorum inde vocat *marana*.

24. CHARITAS MIA (qua vos diligo) CUM OMNIBUS VOBIS SIT (ut simili charitate sincera vicissim me et invicem diligatis) IN CHRISTO (et proper Christum. Ita Ambrosius et Anselmus). AMEN.

ÆTERNITATEM cogita, Anathema, Maran atha!

## COMMENTARIUS

IN SECUNDAM EPISTOLAM

# AD CORINTHIOS.

## ARGUMENTUM.

**Ita** *Consolator Corinthus*, quos objurgabat prior Epistola, et fornicarium excommunicatum iam pene timentem absolut. Hinc agit de vera penitentia, de dignitate ministrorum novi Testamenti, de infidelium societate cavenda, de patientia de elemosyna in pauperes Hierosolymitanos, de fuga pseudopostolorum, qui pauli simuli, *Corinthiis* se insinuarunt, Paulumque deprimabant, contra quos apologiam, se laudando, textit; ac deum nonnullis *Corinthiorum* needum resipiscit. Apostolicam potestatem et minus intenti. Adeoque tota fere Epistola haec, est apostolatus Pauli apologia et encomium (1). Scriptum

(1) Huius Epistole summa, alt Bernardinus a Piceno, consolatoria est et apologetica; *Corinthiorum consolatoria*, Pauli defensoria. Hac vero Rosenmuller: « Desiderari in hac Epistola articulorum argumentorum conexione, a multis est animadversum. De causis serpe interrupta connexionis et turbati ordinis disputat Zieglerus, *Theol. Abhandlungen*, tom. II, p. 105. Constituti tamen possunt præter exordium et epilogum, partes principales tres, quae primi septem primi capitulis absolvitur, in qua Apostolus potissimum adversarii et calumniatoribus occurrat, atque ita numeris sui dignitatem simili et efficaciam commendat, ut passim *πράξεις τοῦ Ιησοῦ* illorum calumniatorum interserat, imo subinde per digressiones quamvis primariae religionis Christianæ capita incidenter exponat. In secunda parte adhortatur Corinthios ad elemosinas in usum pauperum Christianorum Hierosolymitanorum contribuendas, cap. viii-ix, simulque, multa

huius sue hortationis argumenta in medium producit. In tercia parte reddit ad defensionem sui Apostolatus, nempe cap. x et seqq. fere usque ad finem. »

(2) Septem scriptam hanc Epistolam putat ann. Christi 54 exente, in Macedonia, pauli ante eam quo est ad Rom., quia in epist. II ad Corinth. urguntur adhuc negotium faciente collecta, quam factam et paratam, ut et perferatur Hierosolymam, ad Rom. scribens significat.

## CAPUT PRIMUM.

## SYNOPSIS CAPITIS.

**Primo**, ostendit Paulus, ex quantis in Asia tribulationibus eripuerit eum Dominus, ut ipse amos retur.  
**Secundo**, vers. 12, insinuat se Corinthiis, declarando cordis sui et doctrinae sinceritatem.  
**Tertio**, vers. 17, amoilitur a se levitatis et inconsistancia nota: quod ad eos, uti promiserat, non venerit, similius assert firmam et constantem esse suarum predicationis veritatem.

1. Paulus Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, et Timotheus frater, Ecclesie Dei que est Corinthi, cum omnibus Sanctis, qui sunt in universa Achaia. 2. Gratia vobis, et pax a Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo. 3. Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, 4. qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, ut possimus et ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt, per exhortationem qua exhortamur et ipsi a Deo. 5. Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, ita et per Christum abundant consolationes nostra. 6. Sive autem tribulamus pro vestra exhortatione et salute, sive consolamur pro vestra consolatione, sive exhortamur pro vestra exhortatione et salute, quae operatur tolerantiam earumdem passionum, quae et nos patimur: 7. ut spes nostra firma sit pro vobis: scientes quod sicut soci passionis, sic eritis et consolationes. 8. Non enim volumus ignorare vos, fratres, de tribulatione nostra, quae facta est in Asia, quoniam supra modum gravati sumus supra virtutem, ita ut taderet nos etiam vivere. 9. Sed ipsi in nobis metit ipsi responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo qui suscitauit mortuos: 10. qui de tantis periculis nos eripuit, et eruit: in quem speramus, quoniam et adhuc eripiet, 11. adjuvantibus et vobis in oratione pro nobis: ut ex multorum personis, ejus quae in nobis est donationis, per multos gratiae agantur pro nobis. 12. Nam gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae, quod in simplicitate cordis et sinceritate Dei, et non in sapientia carnali, sed in gratia Dei, conversati sumus in hoc mundo: abundantiam autem ad vos. 13. Non enim alia scribimus vobis, quam que legistis et cognovistis. Spero autem quod usque in finem cognoscetis; 14. sicut et cognovistis nos ex parte, quod gloria vestra sumus, sicut et vos nostra in die Domini nostri Jesu Christi. 15. Et hac confidantia volui prius venire ad vos, ut secundum gratiam haberetis; 16. et per vos transire in Macedoniam, et iterum a Macedonia venire ad vos, et a vobis deduci in Judaeam. 17. Cum ergo hoc voluisssem, numquid levitate usus sum? Aut quae cogito, secundum carnem cogito, ut sit apud me Est et Non? 18. Fidelis autem Deus, quia sermo noster, qui fuit apud vos, non est in illo Est et Non. 19. Dei enim Filius Jesus Christus, qui in vobis per nos predicatus est, per me, et per Sylvanum, et Timotheum, non fuit Est et Non, sed Est in illo fuit. 20. Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo Est: ideo et per ipsum Amen Deo ad gloriam nostram. 21. Qui autem confirmat nos vobis in Christo, et qui unxit nos, Deus: 22. qui et signavit nos, et dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. 23. Ego autem testem Deum invoco in animam meam, quod parcens vobis, non veni ultra Corinthum. **non quia** dominiamur fidei vestre, sed adjutores sumus gaudi vestri: nam fide statis.

**Ver. 1.** 1. **TIMOTHEUS FRATER.** — « Frater, » id est capitulo, uti Papa Episcopos, Episcopus Canonicos, Abbas Monachos *fratres vocant* (1).

**Ver. 2.** 3. **PATER MISERICORDIARUM** — misericordissimum:

est Hbraismus, de quo dixi Rom. xx, 3.

**Deus car**  
**dicatur**  
**Pater**  
**miseric**  
**ordi**  
**rum**  
**et**  
**pro**  
**jou**  
**ciem?**

Doce et pie S. Bernardus, serm. 5 *De Natali Domini*: « Reete, inquit, non, Pater iudeiorum, vel ultionum dicitur, sed, Pater misericordiarum: non modo quod pater videatur misereri potius, quam indignari, et quemadmodum pater filiorum misereretur timevitum se: sed eo magis quod miseriendi causam et originem sumat ex proprio; jucundi, vel ulcisciendi, magis ex nostro (ex nostris scilicet peccatis). Sed si proper hoc Pater misericordia, quare Pater misericordiarum? Apostolus nobis in uno Verbo, in Filio uno ipsam quoque misericordiam duplice commendat, Patrem dicens, non unius tantum misericordia, sed misericordiarum; et Deum non unius, sed totius consolationis: qui consolator nos non modo in hæc illa, sed in omni tribulatione. Misericordia Domini multe, ait quidam: quia videlicet multe tribulationes justorum, et de omnibus his liberabit eos Dominus. Unus est Dei Filius, unum Verbum, sed miseria nostra multiplex non modo magnam misericordiam, sed multitudinem querit miserationum. Forte tamen proper substantiam duplicem, qua subsistit humana conditio, cum sit utique tam misera, non incongrue duplex nominum dictatur esse misera, licet sit multiplex in utique. Siquidem corporis et cordis nostri tribulationes multiplicantur sunt: sed ab ulti- que necessitatibus eruit, qui totum hominem salvum facit. » Ubi videtur: S. Bernardus videtur et Pater misericordiarum appropriare Filio, et reete, sed non ad mentem Apostoli. Apostolus enim illud tribuit Deo Patri, ait enim: « Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, » etc. Pater ergo Christi est Pater misericordiarum.

**Ver. 3.** 3. **SICUT ABUNDANT PASSIONES CHRISTI IN NOBIS:**

**ITA ET PER CHRISTUM ABUNDAT CONSOLATIO NOSTRA.**

**Frater**  
**Christi**  
**tribulatio**

— « Passiones Christi » vocal prima, quas pro Christo patitur: ita Ambrosius; secunda, « Christi, » id est, quales passus est Christus; tertio, « Christi, » id est, quas ut suas repulit Christus, dicens: « Quodcumque feceritis uni ex minimis istis, mihi fecistis; » et Saulo, *Acto. IX*: « Quid me persequeris? » Ita Oseenius; sic Christus patitur in membris suis. Theophylactus addit dici he abundat, quia Christus plura in membris, quam in seipso passus est. Extensive hor verum est, non intensive. Sic in Laurentio ignem passus est Christus, in Stephano lapides, in Ignatio bestias: Christi enim passio et dolor his onusibus fuit major in se et intensior. Sensus ergo est, q. d.

(1) « Cura omnibus sanctis qui sunt in universa Achaia: » volunt igitur Paulus, ut exempla hojus Epistole ad alias in Achaia Ecclesias mittentur, ut tum fieri solebat.

Theophylactus: Ne despondas animum, quisquis paternis afflictiones et mala, quia quaudam exuberant mala, tantum exuberant consolatores.

Ubi nota primo, cum Theophylacto, non dici: Equatur consolatio passionibus, sed exuberat et tunc major est consolatio ipsis afflictionibus, ut qui affligitur, eas patienter, immo lubenter et hilariter ferat, illis gaudent et dominentur. Secundo, id habent passiones Christi, ut pro carum mensura det Christus et mensuram consolationum, ut quantum crescit passio, tantum crescat et consolatio. E contra passiones mundi sunt fel sine melle, et quantum illæ crescent, tantum crescunt et desolationes, maceres, angores. Tertio, hinc sequitur, quod non fugienda, sed ambienda sit crux et passio (utpote tot divinis consolationibus et gaudiis condita) cum S. Andrea, Ignatio, Xavero, qui quotidie orabat pro cruce, nec ulla liberari volebat, nisi Deus illi graviorem immitteret.

6. **SIVE TRIBULAMUR, PRO VESTRA EXHORTATIONE.**  
— q. d. Tribulationes patimur, ut vos consolemur et salvenus, et ut patientia nostra, spe in Deum, ejusque consolatione vos animemus, ad afflictiones nobiscum pro fide fortiter ferendas. Ita Ambrosius. Vide Chrysostomum in moralis hom. 4 *De Spe et Fortitudine in temptationibus servanda.*

**QUE** (scilicet salus, quasi finis exoptatus) OPERA TOLERANTIA. — Sit gracie etiam Erasmus legit, τὰ ἐπειγόντα τὸ ἄντομον, quae operatur in tolerantia, vel hebreismo, tolerantiam, ut sit **τὸ** **βέτα** **contaminata** **τὸν** **passim** legunt, τὰ ἐπειγόντα τὸ ἄντομον. id est. ou Theophylactus, que, scilicet salus, effectur in tolerantia; Ambrosius, per patientiam, moritorie scilicet, ac proinde effectu tolerantiam in genere cause finalis: officios enim et finis invicem sibi sunt causa; sic ergo salus quasi finis imperat et operatur patientiam, et vice patientia quasi officios operatur salutem. Adde, ἐπειγόντα, licet terminatio sit passivum, significazione tamen, quasi verbum medium, sepe est activum, ut patet I Thess. n, 13, Galat. V, 6, et sic cum Vatable optime verit Noster.

« quae operatur in tolerantia, id est tolerantiam, Sic enim Hebrei loquuntur: Tango in baculo, id est, tango baculum. Sensus ergo est: **Que**, scilicet tunc exhortatio, tum salus, operatur tolerantiam, q. d. Exhortatio nostra excitat et animat vos ad spem salutis, ut proper eam nobiscum pro fide Christi adversa quaque fortiter tolereatis. Exhortatio ergo operatur tolerantiam effective ad eam excedendo; salus vero inde sperata operatur tolerantiam objective: perinde ac intento a fine operatur amplexum et executionem medianorum(2).

8. **QUE** (tribulatio) FACTA EST IN ASIA. — Ephesi ad h. 4.

**De qua** a Demefrio, argentario Diana, qui seditionem tribulationis populi contra Paulum excitavit, quia pene oppressus fuit Paulus, Act. xix., 29. Ita S. Thomas et alii passim, unico excepto Cajetano, qui putat huius tribulationis nusquam aliis in Scriptura fieri mentionem.

**SUPRA MODUM GRAVATI SUMUS SUPRA VIRTUTEM.** — Hoc est, supra vires naturae et corporis, non gratiae et animi; nam ope gratus invito animo tribulationem hanc Paulus pertulit et superavit. « Fidelis enim Deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis (per vires et auxilium non naturae, sed gratiae), » inquit ipse I Cor. x., 13. Adde, non dicit, Tentatio, sed Gravatum, sive afflictio fuit supra virtutem, quia hinc corpus obruxit et extinguit, licet animus servet patientiam, et patientia tentationem vincat.

**ITA ET TREDERET NOS ETIAM VIVERE.** — « Tredaret, » per se scilicet, seu naturaliter, ita natura maluerit morti, quam tantas afflictiones pali; non autem tredaret spectando charitatem et gratiam Dei, qua fortissime et libentissime ad Dei observatum quasiis afflictiones tolerabat Paulus. Tale medium fuit in pluribus Sanctis, uti S. Job, x., 1:

« Tredet, inquit, animam meam vite mee. » Et in Elia in persecutione Jesabelis, III Reg. xix., 4, ubi sic erat: « Sufficit mihi, Domine, tolli animam meam: neque enim melior sum quam patres mei. » Graecum ἐλεητήρια significat tendere, significat et anxiū et perplexum esse. Hinc Chrysostomus verit, ut dudaremus; Vatablus, ut vita desperaremus. Unde sequitur: « In nobis metropolis responsus mortis habuimus. »

Nola: Pro nos, graece est ιψάς, vos; sic et vers. 11: facile ex ιψάς corruptum ιψάς, nam sensus exigit nos, non vos. Graecus enim textus multis in locis corruptus est, ut alibi ostendit.

**Vers. 9.** Sed ιψάς, id est sed, ponitur pro ιψάς ιψάς, id est quin etiam ipsi in nobismetris responsus mortis habuimus, — ut natura et animus aliud nihil praesagient et expectaret, quam mortem; mithique de vite statu cogitantes responderent mens et cogitatione mera, esse (nisi Deus mire succureret) moriendum. Ita Ambrosius et Theophylactus.

**Per responsum mortis metris his intelligi;** Graecus est ἀνέρως, quod primo, « responsum » significat. Secundo, Photius accipit pro crisi metorum, q. d. Adeo afflicti fuimus, ut a natura possunt et ab aliorum opinione, a viris, inquam, rerum peritis, quasi a medicis, ex mortis et afflictionis crisi desperata vite judicati simus. **Tertio,** ἀνέρως potest capi pro ιψάς, id est sententia damnationis, q. d. Damnationis sententia visi sumus acceptisse, tanquam essemus a iudice damnati et destinati ad certam mortem. Ita Syrus.

**Vers. 10.** Qui (Deus) de tantis periculis nos eripuit, — Graecus, ex τακτάρῳ θάρατο, ex fali tantaque morte, id est, mortis periculis tam patentibus et evidenteribus. Ita Theophylactus. Ambrosius legit, de tantis mortibus.

Est hebraismus. ut brevi ηνδι mavet, id est mor-

tem, vocant ingentia discrimina, vehementissimas afflictiones, luctas et agones morti proximos, pericula mortis, pericula vocant.

**Ita Chrysostomus. Sie Psalm. xvii., vers. 5 et 6:**

« Circumdecederunt me dolores mortis et inferni, preoccupaverunt me laquei mortis. » El Paulus, II Cor. xi., 23, ait se fuisse in mortibus, id est mortis periculis frequenter.

**41. UT EX MULTRUM PERSONIS FACIERTUM.** — Ita Ver. 19 legunt multa Biblia. Primus asserit: ero ita legit, ut ex multrum comitatu personorum (videlicet infanticium, juvenum, senum) pro eo quod vobis donati sumus, Domine gratias referatur; sed corrige cum Gracis, ut ex multrorum personis; vel, ut gracie, οὐ πολὺς πρόσων, ex multis personis, id est ut multe persone gratias agant Deo pro dono in nos collato: Graecum enim πρόσων, et faciem et personam significat; hic magis personam. Ambrosius legit, ex multrorum facie, id est, ut multe facies et ora multa Deo gratias agant, q. d. Ut per multos in magna hominum frequentia publice agantur gratiae Deo pro liberato et recepto Paulo, communis omnium parente et apostolo.

**Eius quæ in nobis est donations.** — Refer ad gratias agantur, scilicet donationis, id est, ut Vatablus, pro domo in nos collato gratias agantur per multos pro nobis. Sicut enim sunt creationis, redemptionis, justificationis, educationis, promotionis, et quorundam beneficiorum gratiae, que pro qualibet beneficio beneficiari ex gratitudine sunt debite: ita et donationes sunt gratiae, que pro donatione, sive dono liberationis, vel cuiuslibet rei alterius donanti agende et referenda sunt.

**12. NAM GLORIA NOSTRA HEC EST, TESTIMONIUM CON-** SCIENTIAE NOSTRÆ. — Vocabula nam dat causam precedentem, cur scilicet Corinthi pro Pauli liberatione Deo gratias agere, pro eoque orare debent. Causa huc est, quod sicut sit corum apostoli, qui sincere, magnaque gratia et efficacia eius evangelizavit, eosque convertit; atque hujus rei conscientiam tum suam, tum ipsorum in testem vocat.

Nota huc, quanta sit vis et quies bona conscientiae. Nullum theatrum, inquit Cicero in Tusculanis, virtuti conscientia maius est. Et invenialis, Satyr. 43:

Haec est summa boni, mens quae sibi conscientia recti est.

Atque S. Augustinus, lib. *Contra Secundum Manichaeum*, cap. 4, tom. VI: « Senti, inquit, de Augustino quidquid libet, sola me in oculis Dei conscientia non accuset. » Vide de huc re plura I Timoth. 1, 5.

**NON IN SAPIENTIA CARNALI.** — non humana philosophia aut eloquentia predicatori, sed gratia, zelo, efficacia ac spiritu divino (1).

(1) Vers. 13: a Quam quæ legistis, b in priori coll.

**14. GLORIA VESTRA SUMUS, SICUT ET VOS NOSTRA** fid est, materia et objectum gloria vestra sumus, sicut vobis nostra estis; ut scilicet gloriemini nobis magnistris, et nos gloriemur vobis tam bonis et morigeris discipulis, quod maxime patebit) IN DE DOMINI, — id est in die iudicii, quo Dominus iudicium exercebit in omnibus.

**Vers. 15.** **Duplicata gratia.** a **Pauli Co-** **ristis** **præstatio** **epistola** **et** **adversaria** **et** **reargrati-** **bus.**

**15. VOLUI VENIRE AD VOS, UT SECUNDAM GRATIAM HABERETIS.** — Vocat secundam gratiam duplex beneficium et geminatum: unum per priorem epistolam, secundum per suum ad eos adventum et presentiam. Ita Theophylactus. Vel prima gratia est primus Pauli adventus Corinthum, quo eum convertit; secunda gratia est secundus eius adventus Corinthum ad eos in fide et gratia confirmans.

**Vers. 16.** **PER VOS TRANSIRE IN MACEDONIAM,** — scilicet obiter, ut iterum ex Macedonia veniret ad vos, diutius vobiscum mansurus et omnia visitaturus: et hoc est quod ait I epist. cap. xvi., vers. 3, se venturum ad eos postquam Macedoniam pertransisset, scilicet venturum ut apud eos moraretur: hic vero ulterius addit se etiam in transitu ad Macedonia vobissem eos salutare. Ita Graeci. Alter Lyranus et D. Thomas haec loca conciliant, sed non satis probabilit. Vide quales gyros, cursus et recursus (quos Lucas in Actis tacet) Evangelii causa solitus sit facere Apostolus, ut dixi in argumento Epistole.

**Vers. 17.** **CUM ERGO HOC (venire scilicet ad vos) VOLU-SEM (per tamen id praesertimum), NUMQUID LEVITATE USUM?** — Præ levitate, graecus est ιαπές, quæ ab ιαπές, id est cervus, deducitur. Nola est enim cervorum levitas et mobilitas, neque ac serpentis astuta, columbe simplicitas, asini tarditas, elephantis gravitas.

Aut que cogito (que delibero, statuo: grecum enim est βούθεια), SECUNDUM CARNEM COGITO? — Id est statuo, humana prudenter et levitate, que ob carnis commoda, lucra, personas nobiliores, imo ob salam nature et ingenii mobilitatem, mutabilitatem et inconstantiam facile consilia mutata. Ita Ambrosius.

Ut APUD ME EST ET NON, — ut in promissis instabilis sim et vanus, ut modo affirmare me ad vos venturum, modo revocem et negem, ut puer facere solent. Ita Anselmus; et affirmantis, cōmōdūt.

mea Epistola: et cognovisti ex conversatione et prædicatore mea apud vos: ita Alioli. Rossmullerus vero: Eamdem animi integritatem, quam in vita mea exprimere solex, etiam in epistolis meis agnoscet. Non opus est mihi occulto et anticipi scribendi genere: non scribo alia, vel diversa ab illis quae animo cogito; sed aperte scribo, ut quibus epistolas legere vel statim intelligere possit, vel post secundum lectionem sit intellecturus. — Verba autem quemque sequuntur, Spero autem quod usque in finem cognoscet, et junguntur ab Alioli, Storri, etc., cum sequentibus, et sensu sit: Spero autem fore, ut perpetuo agniti sit, quemadmodum ex parte ante occursum habets et agnoscere, me vobis ornamento et decorisse.

**18. FIDELIS DEUS, QUA SERMO NOSTER QUI FUIT** Ver. 18. APUD NOS, NON EST IN ILLO EST ET NON, — q. d. Deum veracem testor, vel novit Deus, qui fidelis et verax est testis, me vos docendo non fecellisse, ac proinde nec jam non veniendo ad vos, ut statueram, fallere voluisse.

**Nota:** Concionatori levitas morum et inconstantia cavenda, ne ex ea populus fidei et veritatis, quam praedicat, inconstantiam inferat et redarguat.

**Non est in illo** (sermone qui praecessit) **EST ET NON,** — id est affirmatio et negatio, ut scilicet iustum, et quod promisi, negem.

**19. DEI ENI FILIUS** (q. d. Doctrina et prædictio) **EST ET NON** (id est varia, inconstantia et sibi contraria), sed **EST IN ILLO FUIT.** — q. d. Fuit constantis asseveratio: quia idem semper de Christo affirmavit et docui.

**20. QUORUM ENIM PROMISSIO** (in veteri Testamento de Messia sunt, in illo est, — in Christo constantes et veraces fueru, in eoque impletas sunt.

**Nota:** Apostolum pro Est, est; Non, non, usum paronomasia Hebreorum Ιων. 12 Ιων. 12 καν, καν, εν, εν; vel κο, κο, λο, λο; et sic habet Evangelium Hebreum numeri, Math. v., 47, quod noster interpres vertit: **εἴτε σέρμα** wester Est, est; Non, non. **» Kεν αυτεν,** Triplex cui respondet Graecum οὐ, et Latinum est, significat primo, sic, etiam; secundo, rectum, verum. Ita triplex est ideo usus.

**vers. 20.** **Et inveniens** **επιστολαν** **την ιαπές** **επιστολαν** **την ιαπές**

autem constantes et veraces fueru, in eoque impletas sunt. **Nota:** Apostolum pro Est, est; Non, non, usum paronomasia Hebreorum Ιων. 12 Ιων. 12 καν, καν, εν, εν; vel κο, κο, λο, λο; et sic habet Evangelium Hebreum numeri, Math. v., 47, quod noster interpres vertit: **εἴτε σέρμα** wester Est, est; Non, non. **» Κεν αυτεν,** Triplex cui respondet Graecum οὐ, et Latinum est, significat primo, sic, etiam; secundo, rectum, verum. Ita triplex est ideo usus.

**Aut que cogito** (que delibero, statuo: grecum enim est βούθεια), SECUNDUM CARNEM COGITO? — Id est statuo, humana prudenter et levitate, que ob carnis commoda, lucra, personas nobiliores, imo ob salam nature et ingenii mobilitatem, mutabilitatem et inconstantiam facile consilia mutata. Ita Ambrosius.

**UT IEO ET AMEN,** — supple, dicimus, id est confirmamus, et veras illas fuisse declaramus; Amen enim Hebrei vox est confirmantis. Ita Chrysostomus et Ambrosius. De Amen dixi epist. I, cap. XIV, vers. 16.

Quibus adde, Amen communiter esse adverbium et significare vere, firmiter, fideliter, stabiliter; subinde tamen esse nomen, ut sit idem quod veritas, firmitas, fidelitas, stabilitas. Sic accipitur Isai. LXV, 16: **Ιεραβιτ** in Deo amen, id est veritas, puta, in Deo vero: hoc enim exigit Hebreum regimen genitivi Ιεραβιτοῦ below amen, id est in Deo veritatis, q. d. Tempore Christi, Gentilis quisque non jurabat per Jovem et deos falsos,

uti solebat, sed jam Christianus effectus jurabat per Deum verum, per Christum Christique Evangelia. Sic Deum amen Septuaginta vertunt. Deum verum, *Cor. xi. 5*. Sic Isaías, cap. xxv, vers. 1, vocat cogitationes Dei *fides, Amor, q. d. Cogitationes*, quae sunt amen, hoc est ipsa veritas et firmitas, id est verissima et firmissima. Sic Christus vocatur *amen*, *Apocal. iii. 14*: «Hoc dicit Amen (grace δικαιον, qui est amen, id est stabilis, constans, verus, ipsaque stabilitas, constantia, veritas), testis fidelis et verus, qui est principium creature Dei». Sic *Apocal. cap. viii, 12*, angelus laudantes exclamant Deo: «Amen (id est veritas), benedictio, et claritas, et sapientia, et gratiarum actio, honor, et virtus, et fortitudo Dei nostro (sit in secula seculorum, amen)» id est vero ita sit et fiat; hic enim ultimum. «amen» est adversarium, cum paulo ante fuerit nomen. Sic et hic accipitur: «Per ipsum (Christum) amen (id est veritatem fidelitatem, constantiam) Deo», «supple, damus et tribimus, dicentes: Omnia que Deus de Christo promisit, sunt amen, id est verisimilis, et verissima Deo implita.

AD GLORIAM NOSTRAM. — Noster vertit γένος, jam legunt, διαγόνος, per nos; Amen scilicet dicitur Deo ad gloriam, non nostram, sed Dei (1).

21. QUAUTEM CONFIRMAT NOS. — Putant aliqui hic esse ellipsis et supendum esse: ipse (scilicet Deus qui nos confirmat) impedit executionem promissionis mea, scilicet adventum meum ad vos. Longe melius alii hoc referunt ad id quod proxime precessit, q. d. Per Christum impletarunt promissiones Dei. Qui autem sua potestas et imperio eas adimpleret et præstat, est Deus ipse: Deus enim sicut promisit, ita re ipsa nos confirmat, ungit et signat in Christo. Posset tertio, non male haec referri ad id quod dixit vers. 18: «Sermo noster non fuit Est et Non, sed Est in illo fuit, q. d. Ego in sermone et predicatione aque ac promissis meis non sum variabilis et inconsistens. Deus autem est is qui hanc constantiam mihi præstat, ne quis putet me illam mei viribus et fortitudini arroganter ascribere, cum illam non a me, sed a Deo me habere profitear. Sicut enim Deus est in se et promissis suis «est», id est stabilis præstat, firmus et immutabilis; ita et nos confirmat, ut simus in fide et promissis firmi et stabiles (2).

(1) Ratiocinatio Pauli haec esse videtur: Christus, Filius Dei, ita veritas ipsa est, ut si omnium etiam vel promissionum complementum, adimpliet et veritas: ergo noster de Christo, veritate ipsa, et promissionum Dei complementum, predicatione vera est, nulli mutationi sui contradictione obnoxia.

(2) Commata 39 et 21 Rosemullerus grec. sic verit: Omnes enim voluntates divinas per eum (Christianum proposita) exortatas sunt (eventum suum habuerunt), quae res honoris Dei credit, per nostrum ministerium: qui enipē (διὰ τηρη) nostram ex vestram de religione Christiana persuasione confirmat, est idem ille, qui nos ei inaugurarit, hoc est, Deus.

QUI UNXIT NOS DEUS, QUI ET SIGNAVIT NOS, ET VEN. 51  
BEDIT PIGNUS SPIRITUS IN CORDEIS NOSTRIS. — Hoc et 52  
signaculum, sive sigillum, ait Calvinus, est fidis  
specialis et divina, qua quisque certo sent  
et credit se esse predestinatum: sed hoc sign  
lum incertum est et fallax, et hoc fides mendax  
est, et stulta presumptio. Nam Apostolus, qui ma  
ximam habebat fidem, reprobari timet, *I Cor. ix.*  
27: non ergo fide divina credebat certo se esse  
predestinatum. Unde et passim inculcat, ut om  
nes fideles et sancti sollicite, cum metu et tre  
more suam salutem operarentur: adimit ergo eis  
salutis sua fide et certitudinem.

Addo: nemo certus est talen se fidem divinam  
habere, et semper habiturum; immo multi a fide  
eliam haec Calvinii defecerunt, qui antequam de  
ficerent, putabant et credebant cum Calvinio se  
esse predestinatos.

Dico ergo, *signavit*, id est confirmavit quasi  
sigilli impresso promisesse suis Deus, dando  
juxta eas pignus future hereditatis, scilicet gra  
tiam, qua nos unxit et signavit in filios Dei, dis  
tinguit et tribunibus, dicentes: Omnia que  
Deus de Christo promisit, sunt amen, id est veris  
imma, et verissima Deo implita.

AD GLORIAM NOSTRAM. — Noster vertit γένος, jam  
legunt, διαγόνος, per nos; Amen scilicet dicitur  
Deo ad gloriam, non nostram, sed Dei (1).

21. QUAUTEM CONFIRMAT NOS. — Putant aliqui hic  
esse ellipsis et supendum esse: ipse (scilicet  
Deus qui nos confirmat) impedit executionem  
promissionis mea, scilicet adventum meum ad  
vos. Longe melius alii hoc referunt ad id quod  
proxime precessit, q. d. Per Christum impletarunt  
promissiones Dei. Qui autem sua potestas  
et imperio eas adimpleret et præstat, est Deus ipse:  
Deus enim sicut promisit, ita re ipsa nos con  
firmat, ungit et signat in Christo. Posset tertio,  
non male haec referri ad id quod dixit vers. 18:

«Sermo noster non fuit Est et Non, sed Est in illo  
fuit, q. d. Ego in sermone et predicatione aque  
ac promissis meis non sum variabilis et incon  
sistentis. Deus autem est is qui hanc constantiam  
mihi præstat, ne quis putet me illam mei viribus  
et fortitudini arroganter ascribere, cum illam  
non a me, sed a Deo me habere profitear. Sicut  
enim Deus est in se et promissis suis «est», id est  
stabilis præstat, firmus et immutabilis; ita et  
nos confirmat, ut simus in fide et promissis firmi  
et stabiles (2).

Hic ergo verbis sacramenti Confirmationis

quatuor significat effectus. *Primus* est fides, qua

firmatur in Christo, q. d. Ideo, ut dixi vers. 18

et 19, fides et praedicatione nostra de Christo firma

est et constans, quia ea per sacramentum Con

firmationis roboravit nos et confirmavit Deus in

Christo, id est, per Christum et Christi meritam.

*Secundus* effectus est charitatis et gracie, qua co

piisse unigimus quasi christiane spirituali. Hinc

gratia pro unxit, est γένος, unde deducitur Chris

tina, Christus et Christiani, id est uncti. Hinc S. Au

gustinus, in *Sententias*, num. 342: «Christi, ait,

nomen a christmate, id est ab unctione. Quia ideo omnis Christianus sanctificatur, ut intelligat se non solum sacerdotalis et regis dignitatis esse consortem, sed etiam contra diabolum fieri luctatorem. » *Tertius* fructus est pignus Spiritus, quod est testimonium bonae conscientie, suggestum a Spiritu Sancto, quodque est quasi arrha futura gloria a Spiritu Santo promissa et danda. Quonodo Spiritus Sanctus dicatur pignus, vel, ut grecce est, arrha, dicam *Ephos. i. 14*. *Quartus* fructus est, «signavit», grecce σημανεῖσθαι, id est signavisse, scilicet signo ac sigillo crucis in fronte, et in anima charactere, quo nos obsignavit quasi servos, immo quasi milites et duces suos. Ita Ambrosius, lib. *De his qui mysteriis initiantur*, cap. vii, et Suarez, III part., *Quest. LXXXI*, art. 1 et 4.

23. TESTIMONIUM INVOCATIO IN ANIMAM MEAM. — Ergo licet Christiano jurare, ait Augustinus, *Quest. V inter LXXXII*. Jurari enim haec Apostolus, idque juramento exercitario, q. d. Si mentitur, Deus vindicet punit et damnat animam meam.

QUOD PARCENS VOBIS, NON VENI ULTRA CORINTHUM. — ne scilicet uti cogerer auctoritate Apostolica contra vitia, et delinquentes in vobis; sed parcens vobis abstinebit, ne, cum corrections ad vos veniers, vos contristem. Ita Anselmus, et patet cap. ii, vers. 4. Hic Paulus assignat veram causam mutatae sua promissionis, sive posse positi venientes Corinthum, sive scilicet ipsosmet Corinthios, qui a vita suis, de quibus priori epistola eos admonuerant, needum plane abstinent, mercurantur acris redargui et purificari: sed Apostolus humaniter cum eis agens, hac

tantum absentia sua tacite, atque per hanc epis  
tolam aperte voluit eos offici sui denoue admone  
nare, itaque leniter castigare et emendare.

Discant Prelati non importune semper carpe Preli  
et increpare suorum vita, ne subdit obscures  
canci et callum obducant. Adde, quorundam, in repre  
sentim honestorum et verecundorum, vita  
vitiosam se gerere debent?

ULTRA, — post primam scilicet vicem aut epis  
tolam.

NON QUIA DOMINARUM FIDEI VESTRE, SED ADJU  
TORES SUMVS GAUDI VESTRI. — Est figura, que ab oratoribus correctio dicitur, qua emulit correptionis potestatem jam dictam, q. d. Dixa me parere vobis, nolle me vos punire; ut ita submoto sponte vos ipsi corrigatis; id dixi, non quasi imperiosus sumus, et quidvis pro arbitrio in reli  
gione statuamus, sed ut vos emendemus, itaque correcti gaudeatis et hic et in celo. Correptionis ergo haec non tam correptionis est quam procura  
tio et promotio gaudi vestri. Ita Anselmus.

NAM FIDE STATUS. — Quae per dilectionem ope  
ratur, non per dominium cogitur, » inquit Ansel  
mus, q. d. In fide vestra non habeo quod corri  
gam, sed tantum in moribus, quos, quia fideles  
estis, non imperiosus redargiam, sed leni moni  
tione hac epistola reformabo, ut leniter emendati  
meum una omnes gaudeatis: quia enim vere  
fideles estis, hinc non dubito vos statim meis  
monitis obsequentes fore.

## CAPUT SECUNDUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

Primo, assent se ad eos non venisse, ne tam sibi quam illis esset occasio tristitia.

Secondo, vers. 6, hortatur ut fornicarium a se excommunicatum epist. I, cap. v, jam penitentem in gra  
tiam recipiat, eumque vers. 10, ab excommunicatione et penitentia absolvit.

Tertio, vers. 14, docet ut ubique bonum Christi odorem spargere, eumque bonis et fidelibus esse ad vitam,  
malis et incredulis ad mortem.

1. Statui autem hoc ipsum apud me, ne iterum in tristitia venirem ad vos. 2. Si enim  
ego contristio vos, et quis est qui me latifiet, nisi qui contristatur ex me? 3. Et hoc  
ipsum scripsi vobis, ut non cum venero, tristitiam super tristitiam habeam, de quibus  
portuerat me gaudere: confidens in omnibus vobis, quia meum gaudium, omnium ves  
trum est. 4. Nam ex multa tribulatione, et angustia cordis scripsi vobis per multis lacry  
mas: non ut contristemini, sed ut sciatis, quam charitatem habeam abundantius in vobis.  
5. Si quis autem contristavit, non me contristavit: sed ex parte, ut non onerem omnes  
vos. 6. Sufficit illi, qui ejusmodi est, objurgatio haec quae fit a pluribus: 7. ita ut e con  
trario magis donet, et consolemini, ne forte abundantiori tristitia absorbeatur qui ejus.

modi est. 8. Propter quod obsecro vos, ut confirmetis in illum charitatem. 9. Ideo enim et scripsi, ut cognoscam experimentum vestrum, an in omnibus obedientes sitis. 10. Cui autem aliquid donasti, et ego: nam et ego quod donavi, si quid donavi, propter vos in persona Christi, 11. ut non circuveniamur a Satana: non enim ignoramus cogitationes ejus. 12. Cum venissem autem Troadem propter Evangelium Christi, et ostium mihi aperatum esset in Domino, 13. non habui requiem spiritui meo, eo quod non invenierum Titum fratrem meum; sed valefaciens eis, profectus sum in Macedonia. 14. Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Jesu, et odorem notitia sua manifestat per nos in omni loco: 15. quia Christi bonus odor mortis Deo in iis qui salvi sunt, et in iis qui perirent; 16. alius quidem odor mortis in mortem, alius autem odor vita in vitam. Et ad haec quis tam idoneus? 17. Non enim sumus sicut plurimi, adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate, sed sicut ex Deo, coram Deo, in Christo loquimur.

Vers. 1. 1. STATU AUTEM HOC IPSUM, — scilicet non venire ad vos et parcere vobis vestrisque delictis, ut dixi cap. I, vers. 23.

Vers. 2. 2. SI ENIM EGO CONTRISTO VOS — Hoc est, etsi contristavi vos per epistolam primam objurgationem, tamen cum laetifice vobisum in fornicari et vestra penitentia et tristitia. Nota: *Ts si enim non consule est, sed ἀπέργεται et explicativum.*

ET QUI EST QUIS NE LETIFICET, NISI QUI CONTRISTATUR EX ME? — q. d. Maxime me letificat qui ad meum objurgationem dolet et penitet, scilicet incestuosus ille fornicarius quem excommunicavi, epist. I, cap. v. Ita Ambrosius (1).

Vers. 3. 3. UT NON CUM VENIO, TRISTITIAN SUPER TRISTITIAM HABEAM — q. d. Volui per epistolam praemissam vos cogere objurgare: *quod mihi valde triste foret.*

CONFIDENS IN OMNIBUS VOBIS, — omnino confusus sum fore, ut quod mihi displiceat intelligeretur, statim tolleretis: quia mea gaudia existimatibus vobis esse communia, et consequenter doloros meos estimatis esse vestros, ut quod mihi displaceat, et vobis displiceat. Hec omnia eo spectant, ut interim Corinthii se preparant per Pauli adventum, sequentem, ne, si videat eos necendum emendatos, tristiter plurimum.

4. QUAM CHARITATEM HABEAM IN VOBIS, — q. d. erga vos.

5. NON ME (scilicet solum) CONTRISTAVIT, — fornicarius, de quo epist. I, cap. v.

SED EX PARTE, — quia mecum multos alios habens contristavit, ait Anselmus, qui cum excommunicatione a me et cetero suo cum objurgatione ejecerunt.

UT NON ONEREM OMNES VOS, — hac infamia et suspitione, quasi putem non esse multos qui doleant propter illum incestum. Prior enim epistola, cap. v, vers. 2, videbat omnes culpasse, quasi consentientes vel dissimilantes illum incusos.

(1) Bernardinus: *Nisi forte is quem merore affoco; seu, nisi vos, a me tristitia affecti, ac proinde nemo,*

tum: *Et vos, ait, inflati estis, et non magis lucutum habuistis?* (2.)<sup>a</sup>

6. SUFFICIETILLI OBJURGATIO HEC, — illa publica Vers. 4. scilicet separatio et confusio, qua a tota Ecclesia ejus est incestuosus. Hinc patet eum post excommunicationem penituisse. Unde laxat et absolvit eum Apostolus hic.

7. ITA UT MAGIS PONETIS, — hoc est condonatis illi incestuoso longiorum hanc suam penitentiam canonicanam, eum ad communionem vestram admittendo, et moras diuturnioris peccata relaxando; de quo plura vers. 40.

8. UT CONFIRMETIS IN ILLUM CHARITATEM, — id Vers. 5. est, ut publico Ecclesia consensu declaratis vos denuo illum pro fratre complecti. Graece enim pro confirmatis, est *παραστάντες*, id est, ut ratum faciatis et decernatis quasi publicis Ecclesia commititis illum restituionem: *παρά* enim sunt comitiis, et stati judiciorum dies. Ita Erasmus et Budaeus.

9. IDEO ET SCRIBI, — scilicet hanc epistolam, ut Vers. 6. confirmatis in illum charitatem, ut precessit (3).

UT COGNOSCAM EXPERIMENTUM, — ut habeam obedientie vestrae experimentum.

10. CUI AUTEM ALIQUID DONASTIS (qui gratiam et remissionem fieri per Titum rogasti), ET EGO, —

(2) Vers. 5. D. Chrysostomus: *Dixi ex parte, non quod vos minorem inde merorem accepistis, quam ego; sed ne illum qui stuprum perpetravist, minus onerem. Ut indulgentiam cum eo agerem, dixi ex parte, Bernardinus: Si quis contristavit, non me solum contristavit, sed eum vos omnes ex parte, id est, saltum aliquantum, ita ut vos non ascensio, quasi celiōt conscienties Rossmullerus: Si quis (nempe incestuosus ille) tristitia auctor existit, non tan me, quam patios quoammodo, ne quid gravius dicam, vos omnes merore officit.*  
(3) Alii versus 9 et 40 sic interpretantur: *Scripti, priuscum epistolam, ut experverit an molli per omnia obedientiam sit et testitatur. Si cui quid condonatus, et ego illud vacuu habeo; nam quicquid ego condonatus, si aliquid condonasse dicendum sum, id condonavi propter vos, id est, testificandi in vos favoris melius causa, approbante Christo: quasi Paulus cogitasset, propendere Corinthiorum animos ad remittendam aliquam eorum peccata partem, postquam ille incestus reus per mentes aliquot communione carcerata.*

scilicet donari illi et condonari rogo: ita Theodoretus, et colligunt ex cap. vii, vers. 7. Vide Can. 36. Graece est, *ὁ δι τὸ ξυρῆσθαι καὶ τὸ cui donatis, et ego, scilicet dono: nam condonationem hanc nocendū fuisse factam patet vers. 7, ubi eam fieri imperat, q. d. Sic ut congregatis vobis et meo spiritu, illum excommunicavi, epist. I, cap. v: sic nunc me vobis adjungo, ut quod me horlane ei condonabis, et ego condono.*

Nota contra Lutherum, hoc scribi Ecclesiae praefectis, vel potius ipsi Ecclesiae, non ut per omnes, etiam laicos, sed ut per Praelatos hanc potestatem absolventi exerceat; ita tamen ex quadam humilitate velit laicos hunc absolutum cooperari, et suo consensu, voto, desiderio, precibus, commiseratione, convictu quodammodo etiam ipsos condonare hoc scandalum sibi et Ecclesiae sua datum, illiusque justam penam sive penitentiam canonicanam. Vide dicta epist. I, cap. v, vers. 4.

Unde sequitur: *« Nam et ego quod donavi, propter vos in persona Christi. » Ex quo patet Paulum proprie per potestatem et jurisdictionem quasi Christi vicarium condonasse: idque publice in Ecclesia Corinthiorum per Episcopum vel alium Praelatum declarari et promulgari jussisse; Corinthios vero condonasse tantum per preces, consensum et executionem sententiae et absolitionis Pauline.*

Id clare docet hic Chrysostomus: *« Sicut, ait, cum jubaret homines rescurci, non passus est penes illos esse auctoritatem condonandi, dicens: Decree tradere ejusmodi Satana; ac rursus assumpsit eos in consortium, dicens: Congregatis vobis tradere illum, duas res curans, ut et proferre sententia, et ne fieret absque illis, ne videberit hic illos, hoc facta laderet; ac neque solus eam pronuntiat, ne videberetur Apostolus esse praefactus, ipsoque contempnere: itidem et hic facit. »*

EGO QOD DONAVI, SI QUD DONAVI, PROPTER VOS IN PERSONA CHRISTI. — *« Donavi, » id est donatio statui et rogavi, vers. 7, et vero nunc per litteras has, perque harum latorem Titum, vel quem alium, done: vide Can. 36; et est hebraismus, que præteritum ponitur pro presente, « donavi, » id est dono: Hebrei enim carent indicativo, propterea utuluntur.*

Queritur quid donari Apostolus? Respondeo: Absolutionem ab excommunicatione; et simul, immo magis, indulgentiam plenam illius incestus, scilicet remissionem omni penitenti debite. Patet, quia hoc erat vinculum illi injectum, epist. I, cap. v, scilicet excommunicato, et simul pena apostolicae donacionis, id est, testificandi in vos favoris melius causa, approbante Christo: quasi Paulus cogitasset, propendere Corinthiorum animos ad remittendam aliquam eorum peccata partem, postquam ille incestus reus per mentes aliquot communione carcerata.

Secundo, quia donare, id est condonare, et, ut

*Ex his  
litteris Pro  
hunc Pro  
hunc  
Ecclesiastis  
sticas In  
ducentia.*

nam; nam de excommunicatione sola melius dicitur, Absolvo. Ita Ambrosius, id clarus significavit graeca ὁ δι τὸ ξυρῆσθαι, cui aliquam gratiam et indulgentiam prestatis.

Tertio, quia in gratiam et ob zelum Corinthiorum, obque fornicarii contritionem, ponam ejus et confusionem, et, ut ait vers. 6, oblungationem relaxat, ne nimis tristitia desperet, ut patet vers. 6 et 7, et cap. viii, vers. 7 et 11; ergo dat ei indulgentias, et has significat vox *aliquid*, cum ait. « Cui aliquid donasti, et ego, » q. d. Aliquam penam partem, quam ei condonari rogasti, et ego dono et condono.

Quarto, quia non tantum coram Ecclesia, ut vult Calvinus, sed in iudicio divino coram Deo, ei ponam remitti: hoc enim significat *in persona Christi*; quia aliqui non fuisset hic indulgentia, aut misericordia fornicario exhibita: praestat enim hic infamia, et quavis pena corporali puniri, quam ad Dei tribunal et ignem vel inferni vel purgatoria remitti.

Hinc ergo d. Thomas et alii recte docent Apositum et Ecclesiam dare Indulgencias. Sic olim Martyres in carcere detentii lapsos mittabant ad Episcopos, orantes ut penam eis relaxarent, ut patet ex Tertulliano ad *Martyr.*, cap. i, et Cyprianum, epist. 11, 21 et 22; et Concilium Nicenum, cap. xi et xii, concedit ut lapsis pro animi ardore, quo injunctam penam suscipiant, possit Episcopum indulgentiam prestare: vide Baronium, tom. I, pag. 392. Nota, causam dande indulgentiam esse non penitentis desperet. Hinc olim non dabatur indulgentia, nisi bona pars penitentiae esset expedita, idque ne satisfactionis, quia tercia penitentiae est pars, et disciplinae vigor laxaretur: ita S. Cyprianus ad *Martyr.*, lib. III, epist. 6. Et Concilium Tridentinum, sess. XXV, in decreto de indulgentiis, jubet in indulgentia moderationem adhiberi iuxta veterem Ecclesie usum, ne nimis facilitate Ecclesiastica disciplina enervetur.

SI QUD DONAVI, — Modeste extenuat suam liberalitatem. Unde Graecus addunt: *εἰ τὸ ξυρῆσθαι ὅτι καὶ στέφανον, si quid donavi cui donavi, in persona Christi, scilicet hoc feci, et donavi.*

IN PERSONA CHRISTI. — Graece ὁ πρόσωπον, quod primo verti potest, in *facie Christi*, coram Christo; Ita Theodoretus, Vatablus, quod avide arripit Calvinus et Beza, q. d. *Coram Christo*, ex animo, vere et non fucate condono. Secundo, et propriè, πρόσωπον est vera persona, q. d. Condono vice et auctoritate Christi, cuius personam gerit, qui dicit: « Quidquid solvereis super terram, erit solutum et in celo, » inquit Ambrosius, Anselmus, Syrus, Theophylactus et Theodorus. Hinc pulchra et nervosa verit Theophylactus, *εἰ πρόσωπον ὡς Χριστόν*, quod interpres ejus, vel teste Erasmo, recte vertit, *ac si Christus ei donasset*, cum proprio ad verbum sonet, quasi persona existens Christi; ut proxem dicitur regis esse prorex et propersona, qua vice, auctoritate et quasi in persona regis

mandat, sanctit, regit, imperat, absolvit et remittit. Sicut enim Paulus, *epist. I., cap. v, vers. 4,* hunc forniciarium excommunicavit in nomine et virtute Iesu Christi, ut ibidem ait: ita hic sumdem absolvere non potuit, nisi in nomine, virtute et persona Christi, perinde ac damnatus a progre, nonnisi a proroge absolu potest.

**11. UT NON CIRCUMVENTIAMUR A SATANA.** — Ne decipiamur, ne scilicet forniciarius ille ob nimium rigorem a Satana in desperatione impellatur. Grace *ix. p. 127* *protectione*, ne occupemur et usurpemus velut ab injusto possessore. Nam *adversarius* est fraudare, exforquer, occupare quod tuum non est, ut faciat avarii, frenatores et tyranni. Vide Chrysostomum et Theophylactum. Unde Ambrosius verit, *ne possideamus a Satana;* non enim, ait Theophylactus, Satanas ad se pertinetia, sed nostra et que Christi sunt, rapit, cum animas et capit et decipit. Unde pro eo quod sequitur: « Non enim ignoramus cogitationes ejus, » Tertullianus, lib. *De Pudicit., cap. xii.,* legit: « Non enim ignoramus injectiones ejus, » puta ripinas ejus.

**NON ENIM IGNORAMUS COGITATIONES EJUS.** — *ibid. l.* *olim, teste Plutarcho in Lacon.,* Chabrias, et vero: « Optimus est imperator, qui maxime cognitas res habet hostium. » Par modo optimus est dux pariter et miles Christianus, qui optime novit consilia et machinationes hostium, presertim Satanae: ipse enim transfiguratus se in angelum lucis, ut videatur nobis esse amici et angel consilium et suggestio, que est inimici et diabolus. Experimur ne sapio nos suggeri suspicere: *ceteras* miseras, amaritudines animi, iras, tristitia noxias, passimilitates, etc., putamusque nos justa causa et ratione moveri, haecque a nobis provenire, cum proveniant et suggerantur diabolo in nostram perniciem. Quare Christianus in talibus reflectat, an tales suggestiones sint secundum charitatem, humilitatem, patientiam, gratiam et legem Christi; sique videat eis esse contraria, sciat esse diaboli: si dubitet, cum Superior, confessario, aut viro prudente conferat. Longa experientia id didicit et docuit S. Antonius, qui proinde assidue has diaboli cogitationes et technas suis discipulis detegere et explicare, modumque eas dissipandi suggere solebat, ut patet *ex ejus Vita apud S. Athanasi.* Idem septius fecit S. Franciscus, itaque multis et suis a diabolica tentatione liberavit, ut refert S. Bonaventura, lib. I *Vite ejus, cap. xi.*

Ita ergo Satana hic concitat primores Ecclesie Corinthis, ad iram et indignationem in hunc forniciarium, quasi qui primum nitorum sua Ecclesie has tam turpi nota maculasset, ut ei se duros et rigidos præberent; itaque ipse omni consolatione et spe destituerit, animum abjecterit, et desperaret. Hoc Satana consilium videt Paulus, illudque hio discutit, monens ut in gratiam eum recipiant, eique jam penitenti veniam et remissionem indulgent.

**ET ODOREM (famam et suavissimam cognitionem) NOTITIE SUA MANIFESTAT.**

**12. CUM VENISSEM TROADEM, ET OSTIUM (aditus *vers. 12* magnus) MIHI APERTUM ESSET IN DOMINO (in negotio Domini, scilicet ad propagandum ejus Evangelium: ita Anselmus), 13. NON HARUI REQUIESCENS IN SPIRITU MEO (in spiritu, id est in animo meo) SO QUOD NON INVENERIM TITUM, — interpretem meum,**

alii Hieronymus *ad Hedibiam*, qui divinorum sensum meorum majestatem greci eloqui digno explicaret sermonem. Fuit et alia causa cur Paulus *Troade perrexit in Macedoniad accurrendum* *ibid. p. 128* *Paulus Troada iuvat in Macedoniad*: quod scilicet a Tito quem Corinthum submisserat, avebat cognoscere statum Corinthiorum, antequam Corinthum, uti promiserat, rediret. Unde cap. vii, vers. 6, dicit se in Macedonia consolata fuisse in adventu Titi referentis Corinthiorum fletum et desiderium Pauli. Videatur *ibid. Titus 3, 12* *titus renuntiassae Paulo* necdum esse matrum tempus redeundi Corinthum. Unde Paulus *ibid. 12* *sum ad Corinthos distulit, et hanc ad eos premisit epistolam, qua sum ibi ad eos sternere, defectusque Corinthiorum corrigere.*

**14. DEO GRATIAS, QUI SEMPER TRIUMPHAT NOS IN CHRISTO.** — « Triumphat, » id est triumphare facit, vide *Can. 32, ita Ambrosius, Anselmus.* Huc pertinet verso Syri et Theophylaci: « triumphat nos, » id est conspicuus facit et ostendit; triumphus enim dicitur, per medium urbem cum triphae aliisque victory signis progressio imperatoris victori: sic et Deus nos victory et triumphus de diabolo relatis conspicuus quasi triumphare facit; que enim videntur passiones esse et contumelias, sunt gloria et triumphus noster, ait Theophylactus. **Secundo**, idem Anselmus, « triumphat nos Deus, » id est de nobis, vel per nos triumphum agit de domine, *Coloss. ii, 13.* Ita et Greci.

Videatur Apostolus in Macedonia acres persecutions perulisse; unde cap. vii, 5, dicit se ibi omnem tribulationem passum: foris pugnas, intus timores; sed Dei gratia hec omnia supervit cum gloria et triumpho. Pulchro S. Hieronymus, *epist. 130 ad Hedibiam, Quest. XI.* docet Apostolum hic agere gratias Deo, quod dignum se elegerit, in quo ageret triumphum Filii sui in Victoria tot persecutionum et malorum, que subiit in Gentium conversione ad Christum.

« Triumphus enim Dei est, inquit Hieronymus, *passio Martyrum pro Christi nomine, crux eius plus est pars* *vers. 12* *sic Mart. Tyr.* effusio, et inter tormenta letitia. Cum enim quis viderit tantu[m] persecutari stare martyres atque torqueri, et in suis crucifixibus gloriari, odor notitiae Dei disseminatur in Gentes, et subit tacita cogitatio, quod, nisi verum esset Evangelium, nunquam sanguine defenderetur. » Sic ergo triumphat in Apostolis predicatione Evangelii, in qua fides vincit infidelitatem, veritas mendacium, charitas Christi malevolorum odia, patientia cruces omnes, persecutions et mortes.

**ET ODOREM (famam et suavissimam cognitionem) NOTITIE SUA MANIFESTAT.**

**15. CHRISTI BONUS ODOR SUMUS, — bonam Christi torem moliebatur dissipare. Certe de S. Catharina Sonensi virgine accepimus, eam solitam nares oclaudere, cum sibi forte quis obscurior, et veneris criminibus obnoxius occurisset, tam scilicet gravis ei erat etiam ipsorum scelerum odor, Deo id in virgine illa castissima permittente. D. Basilius refert *epist. 173*, ancupes quosdam consuevisse columbarum cicerorum pennas infere odore quodam qui columbis aliis gratissimum sit, quo pellet pelleque in decipulum abducuntur. Ita faciendum Christiano, ut suarum virtutum odore perditos ad Christum abducatur. Et hoc est quod iubet Christus, *Math. v, 16*, cum ait: « Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, gloriantur Patrem vestrum, » ubi alia metaphora gloriam et bonam famam appellat splendorem ex honorum operum luce manentem et productum.**

Præclare S. Bernardus, *serm. 12 in Cant.* : « Paulus, ait, was elections, revera was aromati- cum, was odoriferum, et refutum omni pulvere pigmentario; Christi enim erat bonus odor in omni loco. Multe profecto suavitatis fragrantiam longe lateque spargebat pectus illud, quod sic affecterat sollicitudo omnium Ecclesiasticorum. Vide enim quales species et aromata conservarunt sibi: Quotidie, inquit, morior proper vestram gloriam. Et rursum: « Quis affirmatur, et ego non infirmor? »

Ubi nota **secundo**: Sicut aroma quo magis conteruntur, eo maiorem spirant fragrantiam: ita Christus, Apostoli, Martyres omnes Sancti, qui magis persecutionibus et tribulationibus pressi et quasi contriti fuerunt, eo suavorem virtutis sua sparserunt odorem.

Vide Ambrosium et Anselmum, *vide et Bernardus, serm. 71 in Cant.* de spirituali colore et odore virtutum, *in illud, Ego flos campi, et illum convallium.* **Habent**, inquit, mores colores suis, habent et odores; odorem in fama, colorem in conscientia. Colorem operi suo dat ejus bonitatis et cordis intentio; odorem, modestia et virtus exemplum. Iustus illius est si canendum, sed proximo odoratum: proximo enim famam, nobis debemus et providemus conscientiam. **Huc alludens S. Hieronymus:** « Ea, inquit, debet esse conversatio et vita Pontificis (Pastoris et doctoris), ut omnes motus et gressus, atque universa ejus opera coelestes redoleant gratiam. »

Quin et ita subinde profani scriptores, odoris metaphoram in moribus taxandis utuntur. **Sic Marialis:**

Postume non bene olet, qui bene semper olet:

Insinuans, eum de pudicitia esse suspectum, qui peregrinari semper odore, morbi sui pudendi *vers. 12* *fo-*

(*1*) Alii: « Bonus odor sumus Deo, » id est, munus nostrum propaganda Christi religione Deo gratum et acceptum est, sive, etc.; sicut hostie et thymiamata veteris legis dicebantur offerri Deo in odore suavitatis.

**17. NON ENIM SUMUS SICUT PLURIMI. ADULTERANTES VERBUM DEI.** — Significat vox enim, Paulum cum paucis aliis Apostolis per Dei gratiam idoneum esse ministrum Christi, qui Evangelium. Odorum odore passim disperserat, ut processit, cum plurimi alii sicut Evangelii precones inuidon, malo odoris et famae.

**Nota ad adulterantes.** Adulterat, inquit Salomon, qui se uxori non sue enjungit: adulterat ergo verbum Dei, qui veritatem falsitatem conjungit. **S. Gregorius, lib. XXII Moral., cap. XII:** « Adulterari, inquit, verbum Dei, est aut alter illo sentire quam est, aut ex eo non spirituales fructus, sed adulterios fetus querere laudis humanae. Ex sinceritate vero loqui, est nil in eloquio extra quam oportet, scilicet et auctoris et creatoris gloriam querere. » **Ibid., lib. XVI Moral., cap. XXV:** « Adulter, ait, non prolem, sed voluptatem querunt. Et perversus quisque ac vanatoria serviens, recte adulterare verbum Dei dicitur, quia per sacram eloquium non Deo filios gignere, sed suam scientiam desiderat ostendere. Quem enim libido gloria ad loquendum trahit, voluntati magis quam generatione operam impedit. »

Verum pro adulterantes in Graeco non est *παράτολμοι*, quod proprio machiam et adulterum significat; sed *παράτολμοι*, id est cauponantes, quibus opponit Paulus sinceros et sinceritatem. Cauponantur verbum Dei, qui instar cauponum predicant Evangelium ad questum ex colligendum, illudque referunt ad sua lucra. Noster tamen recte vorit, adulterantes, quia sicut caupones sepe vina aliquaque que vendunt, alii res emmiserunt, viliant et adulterant pro questi: ita et avici pseudoprecones Evangelii, sua lucra miscent Evangelio, itaque Evangelicum predicationem qui para esse debet, purequem referri ad unius Dei gloriam, sua avaritia viliant, contaminant et adulterant, dum ea ad quantum abundantur, uti exposuit S. Gregorius. Sic, « non cauponates bellum, sed belligerantes », niesbat Pyrrhus rex. Capitanei enim ignavi metuentes preuum, illud transactione et prelio redimunt; alii

fidem suam duci datam, urbes et arcas sibi eridas, prelio quasi cauponae, hosti qui cum eis cauponatur, vendunt. **Rursum iudem pseudoprecones**, ut hæc sua **Pseudoprecones** **verbi** **Dei** **sunt** **caupones**, hoc et concionantur placenti principibus aut populo, cuius aures scalpunt, itaque vana et falsa dogmata miscent Evangelio, illudque corrumptunt et adulterant. Videlicet enim Apostolus hic obiter taxare hostes suos pseudopastores, qui christianismum judaismi mixtione adulterabant, quos acriter et ex professo insectaverat cap. x et xi. Unde *xanthocoris*, id est, adulterantes, cap. iv, 2, exponit *διάτολμοις*, id est, dolose tractantes verbum Dei. Hinc otiam hisce dolosis et falsaris, cap. iii seq., opponit se aliquos sinceros Christi Apostolos, de quibus mox hic subdit:

**SED EX SINCERITATE, SED SICUT EX DEO, CORAM DEO, IN CHRISTO LOQUIMUR.** — q. d. Non sum capio, ut pseudopastori, sed sincerus verbi Dei prequo, qui non alia predico quam a Deo didici, quamque ex Dei ore quasi illius legatus accept: quique scio, et assidue memor sum, cogitare me coram Deo stare et predicare, omnia mea ab eo videri, audiiri et notari, ut a me in hora mortis omnium rationem exigat.

**Nota: Tis in Christo idem est quod pro Christo,** ait Hieronymus ad *Habibiam*: vel, de Christo, dare et doctrina Christi, de religione Christiana, q. d. Unius Christi doctrinam et religionem predico, unius Christi honorem et gloriam propagabo specie. Ita Ambrosius et Anselmus.

**Potest secundo, in Christo accipi efficacius pro** in Christi veritate, fidilitate et sinceritate, scilicet locutus et praedicatio. Vide *Can. 25* et *37*. Alter *S. Chrysostomus*: « in Christo, » inquit, id est, per Christum et Christi gratiam.

## CAPUT TERTIUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

**Primo**, asserit Paulus se non captare, ne indigere commendatione hominum, uti pseu*δηστοι* *επαγ* *δατ* *zantes* *εμdem* *επαγ* *θabent*: cum fructus sue predicationis se satis commendet. **Secondo**, vers. 6, causam hujus rei assert, quod scilicet Apostoli aliqui ministri novi Testamenti *από* spiritus majori honore et gloria a Deo decorati sint quam Moses, aliqui ministri veteris Testamenti *επί* littera. **Tertio**, vers. 13, docet quod Iudeoi velamen adhuc habeant super cor suum in lectione veteris Testamenti, ut Christum in eo non agnoscant, illum agnaturi, cum velamen hoc in fine mundi per Christum afferetur.

1. Incipimus iterum nosmetipsos commendare, aut numquid egemus (sicut quidam) commendatibus epistolis ad vos, aut ex vobis? 2. Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ securi et legitur ab omnibus hominibus. 3. Manifestati quod epistola estis Christi, ministrata a nobis, et scripta non atramento, sed spiritu Dei vivi: non in

tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. 4. Fiduciam autem talem habemus per Christum a<sup>r</sup> Deum: 5. non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est, 6. qui et idoneos nos fecit ministros novi Testamenti, non littera, sed spiritu: littera enim occidit, spiritus autem vivificat. 7. Quod si ministratio mortis litteri deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita ut non possent intendere filii Israhel in faciem Moysi propter gloriam vultus ejus, quæ evacuatur: 8. quomodo non magis ministratio Spiritus erit in gloria? 9. Nam si ministratio damnationis gloria est, multum magis abundant ministerium justitiae in gloria. 10. Nam nec glorificatum est quod claruit in hac parte, propter excellenter gloriam. 11. Si enim quod evacuatur, per gloriam est: multum magis quod manet, in gloria est. 12. Habentes igitur talem spem, multa fiducia utimur: 13. et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, ut non intenderent filii Israhel in faciem ejus, quod evacuat, 14. sed obtusi sunt sensus eorum. Usque in hodiernum enim diem id ipsum velamen in lectione veteris Testamenti manet non revealatum (quoniam in Christo evacuat); 15. sed usque in hodiernum diem, cum legitur Moyses, velamen positum est super eos eorum. 16. Cum autem conversus fuerit ad Dominum, auferetur velamen. 17. Dominus autem Spiritus est. Ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas. 18. Nos vero omnes, revelata facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tanquam a Domini Spiritu.

**1. INCIPIMUS ITERUM NOSMETIPSOS COMMENDARE.** — Quia in fine precedentis capituli virus erat Apostolus se laudare captareque Corinthiscorum gratiam: hinc suspicionem cenodoxie hie a se amittere.

**NUNQUID EGEMUS COMMENDATIBUS EPISTOLIS AD VOS AUT EX VOBIS?** — « Ex », id est, a vobis scriptis epistolis, quibus apud alios commendatur (1)?

**2. EPISTOLA NOSTRA VOS ESTIS.** — Vos, o Corinthi, mea opera conversi, estis mihi instar epistole commendatissima ab omnibus lecta et intellecta, quam pro mea commendatione exhibeo, quibus volo; sicut enim opus commendat opificem, et sigilli regni signat facti fidem: sic vos quasi epistola commendatissima vobis obligata me commendatis. Omnes enim sciunt qualiter fueritis ante conversionem, scilicet intemperantes, gule, libidini aliquis vita et cupiditatibus adiacti (erat enim Corinthus empiorum celebrissimum, ut omnium mercurium, ita et vitrum). Jam vero vident vos per meam predicationem totos esse mutatos in alios homines, temperantes, castos, mites, humiles, pios, eleemosynarios. Hæc ergo vestra conversio est mea epistola commendatissima, id est, testimonium et commendatio publica mee predicationis apud omnes gentes.

**Rursum: EPISTOLA NOSTRA VOS ESTIS SCRIPTA IN CORIDIUS NOSTRIS,** — q. d. Vos a me conversi estis indelebiliter animo meo inscripti insculptique. Ubi nota: Paulus hanc epistolam his scriptis. **Primo**, in seipsis, cum in Corinthiscorum mente fidei et

(1) Dicit hoc Apostolus, allorum deridens ambitum, ut sit sensus: Non opus est mihi commendatibus litteris, quales ostendunt illi adversari mei et falsi Apostoli ad captandum benevolentiam. Pangi vindictam adversari e Palestina potissimum adventantes: ita Alioth.

spiritum Christi inseruit et inscripsit. **Secundo**, eamdem scriptis et impressis in corde suo per eorum curam et amorem. **Tertio**, vos etiam *estis* *epistola Christi*, quorum scilicet in cordibus, ministerio meo quasi calamo inscriptus est Christus, ipseque Christus in his per me et meam predictionem, sicut fidem, spem, charitatem et reliqua bona inscripti non atramento, sed spiritu dei vivi, id est Spiritu Sancto ejusque affixa et aspiratione, quia spiritum charitatis et virtutum mentibus vestris inseruit. Ita Anselmus et passim Greco et Latini.

**3. SCRIPTA IN TABULIS CORDIS CARNALIBUS.** — Vers. 34 *Greci οὐτέποτε*, id est *carneis*, puta in corde molli, ductili, docili, non in lapide duro, ut lex Moysis. Alludit ad Jeremiam, cap. XXXI, vers. 33. Ita Ambrasius.

**Nota:** Distinguit Apostolus hæc duo *επάγειν* et *επαγγέλλειν*; *επάγειν* vocat *carneum*, constantem carne, *επαγγέλλειν* *naturali carnis conditione* et teneritudine; *επάγειν* vero vocat *carnalem*, qui carnis habet *quoniam* *distinguitur* *επάγειν* *επαγγέλλειν* *vita et corruptelas*, ut Rom. vii, 14: « Ego autem carnalis (*επάγειν*) sum, venundatus sub peccato. » *1 Corinth. iii, 3*: « Cum sit inter nos zelus et contentio, nonne carnales (*επαγγέλλειν*) estis? » Sic alii carnalis vocat desideria. Alii tamen autores hoc non distinguunt. Unde Nazianzenus *τοις Χριστούς* *επάγειν* vocat incarnationem et humanitatem Christi (2).

**4. FIDUCIAM TALEM HABEMUS PER CHRISTUM AD DEUM.** — Pro fiduciam, grece est *πεποθέναι*, quæ est

(2) Vers. 3. Hec Bernardinus: Explicit et quasi corrigit quod superius dixi: Epistola nostra vos estis; q. d. Quia potius estis epistola Christi, nostro ministerio scripta. *Monostatii*, id est, manifestus est per fidem et opera vestra quod estis epistola Christi, etc.

persuasio cum animi confisio et confidentia, qua animus se erigit tenditque in bonum aliquod ardum quod concepit, quasi certo id ipsum conseruans sit. Talis est fiducia qua suggestur Sanctis a Spiritu Sancto ad facienda miracula, vel opera virtutum heroica, quam Deus non tantum patrante, sed etiam in suscipiente miraculum, aliudque Dei domum, quasi congruum dispositionem exigere et primitere, priusque donare et inspirare solet, ut anima per confidentiam hanc se dilatans et ergens, miraculi vel doni illius fiat capax, q. d. Persuasionem hanc et confidentiam, quod scilicet vos sitis epistola nostra scripta spiritu Dei vivi, habemus per gratiam Christi apud Deum, scilicet in Deum sperantes, et certo confidentes, quod ipse, uti optipit, ita perget epistolam hanc spiritu suo perscribere et perficere. Hinc secundo, « fiduciam », id est confidentiam, habemus ab Deum, quia confidenter gloriari in Deo de hoc Dei nostrae epistola, deque ministerio nostri dignitate et fructu pro ministerio Mosis et aliorum Testimoniis ministrorum. Ita Anselmus, et patet ex sequentibus.

5. Non quod sufficiens simus cogitare aliquid a nobis. — « Aliquid », scilicet boni, quod spectet et ordinetur ad fidem, gratiam, meritum et salutem aeternam, ut quis idoneus sit minister novi Testamenti, ut praecesset. Quod si ex se nemo potest cogitare tale aliquid, ergo multo minus operari. Ita Concilium Krausianum, can. 7, et D. Augustinus, *De Prudentia, Sanctorum*, cap. II.

Hinc primo, contra Semipelagianos docet ibidem Augustinus et ex eo Scholasticis, voluntatem credendi, et omne fidei salutisque initium ad desiderium non esse ex libero arbitrio, sed ex gratia præveniente. Unde falso hic Ierazius impingit Scholasticis, quasi hinc doceant nos a nobis principium habere boni, sed infirmum et insufficiens; omnes enim doceunt principium bone et sancte vite, cogitationis, actionis et salutis esse supernaturale, et a Dei gratia oriri, non a natura aut hominibus voluntatum.

Secundo, falso Calvinus ex hoc loco putat in liberis arbitriis nullas esse vires quas exerat in operibus gratie, sed omnem sufficiem, id est omnes vires omnemque conatum et actionem esse gratiae; nam Apostolus tantum ait, liberum arbitrium ex se esse insufficiens, non autem nullas habere vires: sicut ergo homo infirmus debiles habet vires, sed insufficiens, ad ambulandum; sufficiens autem, si quis eas erigit, juvet et sustinet, siue motu et ambulationi det initium et adjumentum: ita et liberum arbitrium ad bona opera ex se debile est et infirmum; sed sufficiens, si a gratia præveniente excitetur, roboretur, adjuvetur.

Dicte: Sufficiens hic capi potest pro virtute, viribus et potentia cum Theophylacto et Syro. Respondeo: Et hoc verum est; nam potentia et vires liberi arbitrii ad opus supernaturale et gra-

tia, qua supernaturale est, Deo gratum, et dignum ac meritorum vita eterna, non sunt ex libero arbitrio, sed ex gratia existente et cooperante: qua habita sufficiens est liberum arbitrium ut libere credit, amet et quidvis supernaturale operetur. Nam liberum arbitrium in omne opus habet vires naturales, ut producat opus liberum; ergo hinc concurrunt cause, ad idem opus: una naturals, scilicet liberum arbitrium; secunda supernaturalis, scilicet gratia, et cuique suis respondet effectus: gratiae respondeat, quod sit opus virtutis supernaturalis; liberuero arbitrio, quod sit liberum et humanum: vidi *Can. 13*. Si homo valde infirmus non tantum insufficiens, sed et impotens est ad ambulandum, quia supra vires eius est ambulare; fit autem potens, si robur ei aliud a socio aut aliunde addatur, tuncque viribus ipsius (sic) infirmis simul influit cum viribus socii vel roboris sibi additi in motum et ambulationem: sed ita ut robur additum eum prævenire, et quasi ambulationem inchoare debeat, omnissimis viis et energiis ad ambulandum hinc et nunc si in robore addito. Quod enim supra vires suas infirmus conetur ambulare, et ambulet, id habet non a se, aut viribus suis, ut patet, sed a robore addito: eo tamen addito ipse viribus suis simul coniungit ambulare, et in ambulatione facit quod potest, nisunque et motum viribus suis respondentem et commensuratum efficit et producit. Ita planisim modo liberum arbitrium gratia cooperatur existit, ejusque influxu supernaturale in opus supernaturale concursum præbet naturam, sibi sive natura viribus commensuratum.

Moraliter ex hoc loco discimus in omni opere bono agnoscere infirmitatem nostram, omnemque illius bonitatem et dignitatem tribuere gratiae Christi. Ita S. Gregorius, lib. XXII *Moral.*, cap. xix: « Nemo, inquit, se aliecius virtutis asserit etiam cum quid fortius potest: quia si divina proteccio deserit, ibi repente enervetur obruetur, ubi se valenter stare gloriat. » Et S. Augustinus, lib. II *Contra Julianum*, cap. viii, laudat hanc S. Cypriani vocem, qua Pelagianos confutat, dicens: « Ipsi (Pelagiani) confidunt in virtute sua et clamant: Perfectio nolis virtutis a nobis est; tu (O Cypriane) autem reclamas: Nemo suis viribus fortis est, sed Dei indulgentia et misericordia talus est. » Idipsum canit Psaltes, *Psalmus 44*: « Fortitudinem, ait, meam ad te custodiā, id est fortitudinem meam apud te quod custodia locum securum reponam, sperans non meis, sed tuis viribus fore me semper hostibus meis superiore, quia tu es fons omnis virtutis et fortitudinis, ut ait ibidem S. Augustinus. Unde Cassiodorus sic exponit: « Fortitudinem meam per te custodiā; » Genebrardus vero sic: « Fortitudinem meam ad te referam, » eamque tibi acceptam feram. Peccavit in hoc Pharaon rex Egypti, dicens, *Ezechiel. xxxi*, 3: « Meus est dominus (Nilus-

*Fideis  
Sanctorum  
quam  
sit  
et pa-  
tientia  
trada  
miseria  
la.*

*Et dei  
intelligi  
intim  
mentem  
liberis  
arbitriis  
Pelag  
Rerum  
et Carini  
errores  
confusa  
ta.*

*scandans, sepiens et tutans Egyptum), et ego tecum memet ipsum regem tam potentem Egypti; » ideoque audivit a Deo, vers. 3: « Projiciam te: bestias terre et volatilibus celi dedi te ad devandum. »*

Rursus ex hoc Pauli loco discimus orare Deum assidue, ut nostras cogitationes dirigat, piasque et sanctas immittat. Ille enim omnium honorum operum fons sunt et principium. Quia de ro ita orat Ecclesia: « Largi nobis, quesumus, Domine, semper spiritum cogitandi que recta sunt proprieatis, et agendi: ut qui sine te esse non possumus, secundum te vivere valeamus. » Denique dote et pie S. Bernardus, serm. 32 in *Cant.*: « Non quod sufficiens simus cogitare aliquid ex nobis tanquam ex nobis (subaudi bonum), sed sufficientia nostra ex Deo est. Cum ergo malo in corde versamus, nostra cogitatio est; si bona, Dei sermo est: illa cor nostrum dicit, hec audit. Audiam, ita quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquerat pacem in plectro suum. Itaque pacem, justitiam, pietatem Deus in nobis loquitur: nec talia nos cogitamus ex nobis, sed in nobis audiimus. Ceterum homicidia, adulteria, furtum, blasphemia, et his similia de corde exuent, nec audiimus ea, sed dicimus; » aut certe diabolus ex nobis immittit et suggerit.

6. Qui et idoneos non fecit. — Graece *ταύτων*, fecit non sufficiens, ut veritatem Noster versus præcedunt. Syrus, *fecit nos dignos ministros novi Testamenti*.

NON LITTERA, SED SPIRITU, — non lego, sed gratia, q. d. Minister sum novi Testamenti, non ita ut tabulas legis et foderis, ejusque verba et voces affaram, ita ut in veteri Testamento fecit Moses; sed ut per verba mea Deus spiritum suum sanctosque impulsus vobis immittat. Ita Ambrosius, Anselmus, Chrysostomus. Vide Augustinus, lib. *De Spiritu et Litteris*, tom. III. Unde Graeca clarissima habent, διάκονος καὶ εὐαγγελιστής, ἀλλὰ εὐαγγελιστής, fecit nos ministros novi Testamenti, non littera, sed spiritus.

LITTERA ENIM OCCIDIT. — Primo, Chrysostomus, et Ambrosius, Augustinus, lib. III *De Doctr. Christ.*, cap. iv, sic explicavit, q. d. Littera legis redargitur, et per mortis condemnat eos, qui huic littera id est legis preceptis justitiae et charitatis, non obsequuntur: haec enim littera legis dictat, itaque sancit: « Qui legem violari, morte morietur, » *Levit. xx*, et alibi. Secundo, idem Augustinus ibidem: « littera occidit, » si videlicet nudis verbis, neglegente vero Scriptura sensu, ad errores abutaris, ut faciunt heretici et Iudei. Tertio, idem cap. v et vi: « littera occidit, » si que metaphorice dicuntur, ad litteram ut somnat capiantur. Quarto, idem ibidem: « littera occidit, » si que in lege veteri quasi typi nova legis dicuntur, jam ad literam servanda intelligentur. Et hoc sensu explicandi sunt Origenes, lib. III *Contra Celum*; Didymus, lib. III *De Spiritu Sancto*, et

*Levit.  
ministris  
mortis  
ministris*

Nota: Paulus hic legem veterem vocat mortis *Levit.* ministram et quasi littorem; eo quod ipsius esset occidere quidem reos, non autem vivificare obsequentes. Ex hisce satia patet Paulum hoc scribere contra pseudopostulos, eosque fuisse Iudeos, atque judaismum voluisse inducere, et misere cum christianismo. Haec enim de causa Iudeos ita hic deprimit et pungit Paulus, adeo tam legem veterem, quam Mosem vocali ministris mortis et damnationis: se vero et Apostolos, legemque Evangelicam vocat ministros justitiae, spiritus et vita. Idem magis patet cap. x et xi, ubi aperio marie hosce Iudeos obrectatus suis insectatur.

8. QUONODO NON MAGIS MINISTRATIO SPIRITUS (et justitiae, id est ministerium et promulgatio legis Evangelicæ, spiritum et justitiam afferentis) ERIT IN GLORIA? — Ita Chrysostomus, Ambrosius, Anselmus. Patet hec gloria legis novae in spiritu vehementi, ac linguis variis et igneis, quae in Pentecoste, cum lex nova est promulgata, Apo-

toles omnibus gentibus gloriosos effecerunt. *Auctor.* II. Rursum in dono linguarum, prophetis et aliis, quae olim in baptismo visibiliter recipiebant Christiani, ut patet I Corin. xiv, 26, ut jam invisibiliter gratias, virtutes et dona Spiritus Sancti accipiunt.

ITA UT NON POSSENT INTENDERE FILII ISRAEL IN FACIE MOSIS, PROPTER GLORIAM VULTUS EIUS. — Nota : Exodi xxxiv, 29 et seq., Deus Mosi et Judaeis tabulas legis a se scriptas daturus, et cum Mose habe de re in Sina monte colloquens, quasi sol radiatissimus Mosi suam gloriam, id est radios sua lucis afflavit adeo fulgidos, ut Judei in faciem Mosis quasi in alterum solem intueri non possent, sed ab eo facies suas avertere cogentur. Hinc Moses, ut cum eis loqui posset, velamine suam velabat faciem et gloriam. Unde Exodi xxxiv, 29, dicuntur : « Cum descendenter Moses de monte Sinai, tenebat duas tabulas testimonii, et ignorabat quod cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini. » Ubi nota, cornutus metaphoricus sumi; non enim cornua habebat in fronte Moses, ut ei affigunt pictores, sed ita lucida erat facies ejus, ut radios luminis vibraret, et huius quasi cornua emitteret. Vide dicta Exodi xxxiv, 29.

QUAE EVACUATUR. — « Quae, » scilicet gloria, auferenda era a Mose : hi enim radii et hic splendor, ut et vita, Mose morientem deseruerunt, ut significant legem veterem desituras, ejusque gloriā, adveniente nova, emoritaram.

Vers. 10. 10. NAM NEC GLORIFICATUM EST, QUOD CLARUIT IN HAC PARTE. — « Nam » hebraicōm hic assertivū est, non causale, juxta Can. 24 et 25, q. d. Atque adeo gloria Mosis in Sina non est dicenda gloria hac in parte, si videlicet compararet cum Apostolici numeris gloria, propter ejus glorian excellentem, qua longe praecellit Mosis. Ita Chrysostomus. Scit, alii Theodoretus, lux lucernæ nocti fulget, sed in meridie a sole obscuratur : sic gloria Mosis a Christo obscurata est. Hoc enim significat & propter excellentem gloriā, scilicet Christi et novi Iesu Testamētū.

Ubi nota : Pro & propter, gracie est & quod, quod perperam Beza vertit, quod attinet. Melius Maldonatus vertit, respectu, ut & quod respondeat Hebreos 12 negat, id est coram, respectu, q. d. Lex vetus claruit, sed tantum ex parte, si respicias et conferas ejus glorian cum gloria legis novae : illa enim exigua fuit et obscura, hec vero excellens est et illustris. Proprie & significat causam : unde Noster optime vertit, propter, juxta sensum datum.

Vers. 11. 11. SI ENIM QUOD EVACUATUR (Moses scilicet et lex evacuanda et abolenda per Christum), PER GLORIAM EST (in gloria est, gloria est) : MULTO MAGIS QUOD MANET (scilicet lex nova Christi), IN GLORIA EST.

Vers. 12. 12. HABENTES IGITUR TALEM SPEM. — Quod Dominus per nos Apostolos spiritum gratis diffun-

dat, nosque ita glorificabit deinceps prae Moysi, ut fecit haecen. Ita Chrysostomus.

MULTA FIDUCIA UTIMUR, — confidenter evangelizamus, cum libertate, ingenue, aperte. Ita Chrysostomus. Grecum enim πάντα, alii fiduciam, alii libertatem, alii evidenter vertunt : omnia enim hanc significat, omnianque huic loco convenientur.

13. ET NON SICUT MOYES PONEBAT VELAMEN. — Vers. 14. q. d. Moses velabat faciem suam, nos contra non velamem faciem Christi, sed illum magnum libertate omnibus proponimus. Nota : Exodi xxiv, 33, dicitur de Mose : « Impletisque sermonibus (id est praecipitius quae audierat a Domino in Sina ut praecessit), posuit velamen super faciem suam. » Ex quo loco colligitur, quod Moses praecepit Dei populo promulgavit primo colloquio aperta facie et radiante ob majestatem, reverentiam et testimonium legis; sed post primam illam promulgationem deinceps quando loquebatur cum populo, velabat faciem, ut colloqui liberioris daret copia; quando vero tabernaculum adibat, de quo cap. xxxix, 8, collocuturus cum Domino, velum auferebat.

Allegoricam huius velationis causam dat Apostolus hi vers. 14, 15, 16. Judeis enim vetus Testamentum est velamine obductum, ut non videant internam ejus lucem novi Testamenti et Christum ex contentum : hoc velamen nobis in lege nova abstulit Christus, et auferit in fine saeculi a Judeis ad fidem convertendis.

Tropologicus Gregorius, part. III Pastoralis, cap. v : Necesse est, inquit, ut praedicator (instar Mosis) auditoribus se attemperet : alta etenim queque debent multi audientibus contagi, et vix pauci aperiri.

UT NON INTENDENTER FILII ISRAEL IN FACIEN EJUS. — In faciem, » Ita legunt jam constanter Latini : aliquo videri posset faciem pro finem hic irreprobusse : nam Graeca hic, Syrus et veteres etiam Latini, ut Ambrosius, legunt & & in finem, id est Christum, mystice significatum per faciem revelatum et splendentem Mosis, uti explicant Ambrosius et Theodoretus. Alii vero magis que ad litteram : in finem, inquit, id est, in perfectio- nem et consummationem splendoris faciei ejus, scilicet Mosis ; vel in finem, id est extremitatem, sive extremam superficiem faciei Mosis intendere non poterant filii Israel. Unde Noster clarius vertit, in faciem ejus. Tertio, alter Theophylactus : Rudes, inquit, Israelite videre non poterunt quod finem habent lex, esseque abroganda. Sed hoc mysticum est ; secundus ergo sensus litteralis est.

QUOD EVACUATUR (I). — q. d. Qui Mosis splendor abolendus erat; vel que facies Mosis, tam scilicet gloria, abolenda erat. Grecum enim τὸ καταργεῖ-

(1) « Quid evacuatur, » id est, ut in gracie est, ne Israelite videant finem, seu cessationem splendoris, quem vultus emittebat, credenterque Iodus summum cum Deo ad tempus sollemnem initum fuisse : ita Aliof.

πένοι ταν ad πρόσωπον, id est faciem, quam ad πάντα, id est velamen, referri potest; sed Noster aptius retulit ad πάντα, velamen, non ad faciem : sic enim vertere debuisset quae, non quod, q. d. « Quod, » scilicet velamen Mosis abolendum erat per Christum : de velamine enim hujus revelatione per lucem et legem novi Testamenti agit in sequentibus. Ita Anselmus, Ambrosius, Theophylactus.

Nota cum Theodore : Splendor virtus Mosis instans solis significabat claritatem et gloriam Christi et legis novae; velamen vero significabat umbram, crassas ceremonias obscuringatempore legis Mosis. Judei non nisi velatum faciem Mosis videbant poterunt, quia increduli suis umbris ceremoniisque insistunt, et a luce Evangelii excœantur. Unde subdit :

Vers. 14. 14. SED OBTUSI SUNT SENSUS EORUM, — id est, ut habent Graeca, ἐπίσηπον, οκαλεύουσι, hoc est, obdurantur, occident sunt Judeorum oculi a splendore vultus Mosis, et allegorie executi sunt a splendore Evangelii. Tον ειν « sed obtusi sunt » refutari et opponitur tum literaliter, tum allegorice illi quod dixit : « Ut non intendenter in faciem ejus, » Moses (1).

USQ; IN HODIERNUM ENIM DIEN IDIOPSIUM VELAMEN IN LECTIO VETERIS TESTAMENTI MANET. — Prosequitur hic Apostolus allegoricum sensum et causam velaminis Mosis ejusque splendoris, qui reperussi et quasi obtusi executi sunt Judeorum oculi, q. d. Moses et vetus testamentum usque hodie Judei est velatum, ut Christum illo testamento per tot figuræ, prophetias, ceremonias et sacrificia significatum non intelligunt, non videant, non agnoscent. Rursum, vetus testamentum ei velatum est, quia illud legunt, sed non intelligunt, nec ejus sensum, finem, scopum, locum et splendorem, qui Christus est, pervident, quasi obtusi et hebetatos habent corporis oculos, uti olim obtusos habuerint corporis oculos, cum in fulgentem Mosis faciem intendenter.

QUONIAM IN CHRISTO EVACUATUR. — q. d. Per gradiam et fidem Christi evacuat et tollitur hoc velamen, ut clare vetus testamentum, Christumque eo significatum intelligamus.

15. SED USQ; IN HODIERNUM DIEN, CUM LEGIUM (a Judeis in Synagoga) MOYES — let et vetus testamentum.

VELAMEN POSITUM EST SUPER COR EORUM. — Hoc velamen est pertinax et crassa ac obstinata inlässio, qua Judei mordicus adhaerent carnibus sacrificiis et ritibus legis veteris, itaque exceperunt, ut non videant Christum per illos ritus adumbratum. Hoc ergo est Judeorum velamen : nam legis velamen est ipsa ejus obscuritas et umbra.

(1) Sed, græc. ἡδὲ, h. l. non opponitur; significat itaque, immo vero.

17. DOMINUS AUTEM SPIRITUS EST. — Prima Parte. Filius et Spiritus Sanctus, non corpus, sed spiritus sunt; ut spiritus sumatur essentialiter, sitque communis toti sanctissimæ Trinitati. Ita S. Ambrosius. Secundo, notionaliter sum potest pro Spiritu Sancto : unde Graeca habent articulum τὸ πνεῦμα, q. d. Ille spiritus; et Biblia Romana, aliaque, Spiritus per magnum S scribunt, quasi proprium nomen. Nam Judei agnoscunt unum Deum et Dominum, sed negant plures personas, et Spiritum Sanctum esse Deum, q. d. Cum Judei, ablativo hoc velamine legis, conversi fuerint ad Dominum, ut credant SS. Trinitatem, adeoque Spiritum Sanctum esse Dominum et Deum; tunc hinc Deo et Domino servient non littera, crassis corporalibus ceremoniis, sed spiritu; hic enim Dominus ad quem convertentur, est Spiritus, et Spiritus Sanctus dabit eis legem spiritus et libertatis, ut spiritualibus oculis et sensibus videant Christum in lege velatum et absconditum, illumque adorent et colant in spiritu et veritate. Hoc est enim quod dicit Christus, Joan. iv, 23 : « Venit hora, et nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate. Nam et Pater tales querit qui adorant eum. Spiritus est Deus, et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare. » Quem locum S. Athanasius ad Serapionem sic explicat : Oportet, inquit, adorare Patrem in veritate, id est in Filio et Spiritu Sancto, q. d. Oportet adorare tres personas SS. Trinitatem, Patrem, Filium, et Spiritum Sanctum. Verum hoc mysticum est.

Unde ad litteram nota, hæc dicere Christum contra Samaritanos et Judeos. Samaritani enim falsa et a se confito cultu Deum adorabant, aconsequenter Deum non verum, sed falsum et fictium, tipole qui esset idolorum socius, adorabant. Judei vero colebant quidem verum Deum, sed certis et corporeis signis, quae erant umbra futurorum. His utrisque oponit Christus Christianos, qui pro signis corporeis, in spiritu; pro umbribus, falsitate et ignorantia, in veritate Deum, qui incorporeus et purissimus est spiritus, adorant. Spiritus ergo ibi significant spiritalem cultum fidei, spei, charitatis et aliarum virtutum, quibus non per umbras, sed in veritate, id est verisimile, rectissime et propriissime Deus colitur. Quare Sacramenta novas legis et ceremonias, cum non sint umbrae legis veteris, sed ornamenta et adjumenta spiritus, ad spiritum pertinent. Ita hunc locum explicant Theophylactus, Theodore, Chrysostomus, qui ex eo probant contra Maccedonium Spiritum Sanctum esse Deum.

Dicos : Idem Spiritus mox dicitur « Spiritus Domini; » quomodo ergo est Dominus? Respondeo : Est Dominus, quia Deus; est Dominus, quia a Patre et Filio procedit, q. d. Est Spiritus Domini Deo et Domini Filii.

UPI AUTEM SPIRITUS DOMINI. IBI LIBERTAS. — Pro

*libertas*, grece non est *τελεσίς*, ut ante, sed *διαθεσίς*, id est spontanea, ingenua, libera et clara illuminata voluntas : ut scilicet, ablatio legis Moses velamentum, clara et spontanea voluntate ambuletus secundum legem Dei. Ita Theophylactus.

Unde nota : « *Libertas* » hic opponitur non obligationi legis humanae, vel divine, ut voluntate heretici; sed tum velo Moses, id est obscuritatis et crassitatis legis veteris; tum littera, id est legis servili coactioni, timori et torpori, de qua dixi vers. 6. *Idoneo nos facit minister nos Testamenti*, non littera, sed spiritu ; ac consequenter duplex haec est libertas.

*Prima*, ut Chrysostomus, est intellectus, estque clara notitia mysterii Trinitatis, incarnationis, etc., que Iudeis obscuro erat : item, vere religionis et divini cultus, quem Iudei putabant consistere in mactatione boum et victimarum, cum Deus colludit et adorari in spiritu et veritate, *Iona*, iv, 23. Ubi adverte : sicut crassities, hebetudo, obscuratio, ignorantes intellectus, qua mens quasi tenebris, vinculis et carcere constricta tenetur, recte dicitur servitus et servilis conditio ; ita et contra, illuminatio, claritas et clara intellectus cognitio recte dicitur libertas, quia mens ignorantia, erroribus crassissime rursum speculum liberatur, liberatur, ne rebus divinis et spiritualibus vacat et intendit. Unde Aristoteles, Plutarchus, Seneca et alii dixerunt solos sapientes esse liberos.

*Secunda libertas*, ut docet S. Augustinus, est affectus, estque amor justitiae, non timor vindictae, ut scilicet sponte et libere legem impleamus ex amore virtutis, non ex formidine pone. Hac enim libertas et spiritus amoris Christianorum opponitur servitui et timori servilis Iudeorum.

Patet ex antecedentibus et sequentibus hic. Tam ergo impie quam imperite et insulse ante 300 annos Begardi, et iam Suenfeldiani et Liberini hinc, et ex verso 6, respunt verbum Dei scriptum, quasi literam occidentem, soloque spiritu interno dictante nos regi volunt. *Secondo*, hominem sanctum et perfectum liberum esse a lege, nec peccare etiam forniciando. *Tertio*, hinc male ali passim absent leges humanas. Vide Bellarmium, lib. IV *De Justitia*, cap. iii et iv; Bellolanum, libris XV, quos scripsit *De Libertate Christi*. Praelate Augustinus, lib. *De Contingentia*, cap. iii : « Non sumus, ait, sub lege bonum quidem iubente, non tenente, sed sumus sub gratia, quae id, quod licet subet, faciens nos amare, potest liberis imperare. » Vide eudem *De Spiritu et Litteris*, cap. x, et *De Natura et Gratia*, cap. lvi.

Nos VERO REVELATA FACIE (Christi scilicet incarnationi et mysteriorum fidei) GLORIAM DOMINI (gloriam divinitatem et gratiam, opusque nostre redemptionis in Mose et veteri Testamento adumbratum) SPECULANTES. — « A speculo, non autem a specula dixit speculantes, id est per speculum videntes, non de specula prospicentes, inquit

S. Augustinus, lib. *XV De Trinitate*, cap. viii. Et patet ex greco : nam grece est *κανονιζόμενα*, id est *quasi in speculo intuentes*. Erasmus vero veritatem in speculo representantes, quia, inquit, hoc est speculum gloriae Dei. Sed vox Graeca proprie significat in speculo intueri, ut dixi, non autem representare ; nam de representatione habet, cum ait : « In eamdem imaginem transformamur, q. d. Cum Dei gloriam in Christo, ejusque Evangelio, quasi in speculo intuemur, per hoc quasi in eamdem Dei gloriam transformamur, eamque in nobis representamus : speculum ergo hoc et speculator, causa est representationis, non autem ipsa representatione.

Nota : Apostolus *speculator*, nunc vocat *verbum Verbum carna vestitum*, et spectabile factum, quodque in *Evangelio et Ecclesiis spectandum proponitur*, et Mosi velato opponitur. Unde cap. seq. vocatur *image Dei*: Christus enim, quia Deus, est Verbum et speculum Patris; quia homo, est speculum deitatis, ejusque gratiae et glorie ; ac consequenter Evangelium Christi non est aliud quam speculum gloriae Dei, idque clarissimum et lucidissimum. Hinc S. Augustinus nos sententias ex Evangelio et Sacra Scriptura collectas de vita et moribus Christianis vocat *Speculum*, quod extat, tom. III operum Augustini.

Potest secundo, per *speculum* hoc accipi fides, per quam quasi speculum, sed *enigmaticum* et obscurum, Deum et divina contemplatur, de quo speculo dixi I Cor. xii, 12.

IN EAMENDIAGNAM TRANSFORMAMUR. — « Transformamur, » non essentialiter, quasi essentia nostra transformemur in essentiam divinam, sive in suum esse ideale, quod habuit antequam crearetur, in Deo ab aeterno : de quo dicit S. Joannes cap. i : « Quod factum est, in ipso vita erat. » Hic enim est error Almarici et aliorum Fanaticorum, quos refellit Gerson epistolae dubiis contra Ruisbrochium scriptis, et ipse Ruisbrochius, lib.

*De Vera contemplatione*. Sed transformamur actualiter, ut scilicet, quasi per reflexionem radiorum lucis Christi quasi speculi in nos, flamus lucidi luce fidei et gratiae Christi (hoc enim significat *κανονιζόμενα*), adeoque flamus quasi specula jubar divinum emitentes, et quasi soles quidam alias illuminantes, inquit Chrysostomus et Theophylactus; immo flamus quasi dii, divine ecosores nature, ut ait S. Petrus : « quos, ut ait Paulus, Rom. viii, prassevit et praedestinavit (Deus) conformer fieri imaginis Fili sui. » Alludat ad Moysen, qui intuens Deum, cum eoque colloquens, reflexos a Deo lucis radios accepit, ut dixi vers. 7; nec enim Moses Deum in se vidit, sed in corpore gloriose assumpto quasi in speculo. Tertullianus, lib. *V Contra Marcionem*, pro transformamur legit, transformamur : quasi alludat Paulus ad Christi transfigurationem in monte Thabor, qua Christos sua gloria et luce coruscans, eadem Mose, Eliam et Apostolos aspersit, et quasi transfiguravit.

### COMMENTARIA IN II EPISTOLAM AD CORINTHIOS, CAP. IV.

437

Pari enim modo nos per Evangelium, fidem et gratiam Christi transformamur et transfiguramur, dum per eam finius divinae veritatis, splendoris et glorie participes, adeo ut eamdem aliis aspergamus et communicemus, tandemque in Deum ipsum a quo primo manavit, eamdem reflectamus.

*Quidam* *lib.* *De Tera Religione*, *cap. XVI*, *tom. I*. Quam sapientes sunt qui hoc speculum assidue intuentur, illique mores suos conformare catagunt, itaque transformantur in alios viros, ecclesiasticos, angelicos et divinos!

A CLARITATE IN CLARITATEM, — « a claritate Christi in claritate nostram, ut flamus clari et lucidi sapientia et gratia ad instar Christi. Secundo, a claritate fidei in claritate speciei et visionis. Tertio, Anselmus, a claritate creationis in claritate justificationis. Quarto et optimus, ut dixi Rom. i, 17, « a claritate in claritatem, » id est clarus in dies ac clarius, et usque ad claritatem visionis beatificae. Ita Ambrosius. Porro Maldomatus, in *Notis manuscriptis*, sic explicat, q. d. Progredientes a claritate, id est a gloria veteris

(1) Jam vers. 12 in eo fuit Apostolus, ut accuratus exponeret, quem habeat effectum fiducia dignitatis, quia suum munus ornatum est. Sed historia Mosica, ad quam vers. 7 respercat, ita recens in mente heretici, ut ei non saltem suggesteret allegoria de Mosis vel opportunitatem vers. 13, sed etiam a consilio paulisper cum deduceret vers. 14-18, ad quod tamen cap. iv iterum

### CAPUT QUARTUM.

#### SYNOPSIS CAPITIS.

Primo, ex eo quod docuit cap. iii, tam nobile et gloriosum esse munus praedicandi Evangelium, hoc cap. IV infert, asseritque se casti, sincere et clare illud praedicare : ideo illud omnibus cognitum esse et manifestum, praterquam iis quorum mentes excœvatae sunt.

Secundo, vers. 7, asserit se et Apostolos pro Evangelio multa adversa pati, nec succumbere, sed fortiter semper mortificationem Jesu circumferre in corpore, propter spem melioris vita et resurrectionis.

Tertio, vers. 17, docet, quod momentanea et levis sua nostraque tribulatio, aeternum gloria pondus operatur.

4. Ideo habentis hanc ministracionem, juxta quod misericordiam consecuti sumus, non deficiimus ; 2. sed abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo. 3. Quod si etiam opertum est Evangelium nostrum, in iis, qui pereunt, est opertum : 4. in quibus Deus hujus saeculi excœvati mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Evangelii gloria Christi, qui est imago Dei. 3. Non enim nosmetipsos praedicamus, sed Jesus Christum Dominum nostrum, nos autem seruos vestros per Jesum : 6. quoniam Deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiae claritatis Dei, in facie Christi Jesu. 7. Habet nos autem thesaurum istum in vasis fictilibus : ut sublimitas sit virtutis Dei, et non nobis. 8. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur : aporiamur, sed non desitumur : 9. persecutionem patimur, sed non dersinuimur : dejicimur, sed non perimus : 10. semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut et vita Jesu manifestetur in corporibus nostris. 11. Semper enim nos, qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum : ut et vita Jesu manifestetur in carne nostra mortali. 12. Ergo mors